



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Oliveri Scholastici Coloniensis De Captione Damiatæ Ad Engelbertvm
Coloniensem Archiepiscopvm, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A OLIVERI SCHOLASTICI CO-
LONIENSIS DE CAPTIONE DAMIATÆ
AD ENGELBERTVM COLONIENSEM
ARCHIEPISCOPVM, &C.

Honorabilibus dominis suis, ENGELBERTO Colonienſi Archiepi-
ſcopo, maiori Præpoſito, maiori Decano, cæteriſque Prioribus, to-
tique clero, Oliverus peccator, ſeruus empticus crucis ſic dictus, Colo-
nienſis Scholaſticus, per viam ſalutis ad æternæ beatitudinis confor-
tium peruenire feliciter. Sapiens corde & fortis robore, qui facit magna & in-
ſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt numerus; qui excelfos iudicat, qui ponit hu-
miles in ſublimi: ipſe magnificatus eſt ſolus in obſidione Damiatæ. Non enim, vt
in aliis expeditionibus contra Sarracenos, diuerſis temporibus ordinatis per humanũ
conſilium, aut bellatorum auxilium; ſed per ſemetipſum, quod petere non præſumpſit
homo, per ſua diuinitatis potentiam mirabiliter eſt operatus. Non Regibus, non alijs
Principibus, vel nationibus, ſed nomini ſuo dans gloriam, vt in nobis peccatoribus cõ-
pleta ſit promiſſio Prophetica: Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.
C Post captam ſiquidem currim in profundo fluminis Nili ſitam, Saphadinus, inue-
teratus dierum malorum, dolore ſicut aſſeritur tactus nimio, exheredator fratruelium
ſuorum, & uſurpator regnorum Aſie, mortuus eſt & ſepultus in inferno. Poſtmodum
in feſto S. Dionyſii, Sarraceni cum * galeis armatis improuiſi venientes, principia ea-
ſtrorum vbi Romani tentoria fixerant, inuadentes, modica manu repulſi ſunt, re-
currentes celeriter ad galeas, qui gladios perſequentium, ac fluminis voraginem euade-
re non potuerunt. Sicuti autem olim Aegyptij in aquis vehementibus Maris Rubri; ſic
in Nilo ſubmerſi ſunt circiter ad mille quingentorum numerum, ſicut à Sarracenis
poſtea didicimus. Sanè in feſto S. Demetrii, qui frater vterinus S. Dionyſii fuiſſe di-
citur, ſummo diluculo caſtra Templariorum inuaſerunt hoſtes: & modicum dam-
num nobis inferentes, per expeditos equites noſtros fugati ſunt ad pontem, quem pro-
cul à nobis in ſuperiori parte fluminis conſtruxerant: & ibidem interempti ſunt ad
numerum quingentorum, ſicut à transfuſis intelleximus. Porrò quia multi de po-
pulo Chriſti lacuerunt Domino, neceſſe fuit vt tentatio probaret eos. Ionas pro
anguiſtia peſtatis in mare miſſus, & ventre piſcis concludus, probatus redijt ad a-
ridam. Apoſtolus triplici naufragio tribulatus euasit: populus Domini, præmiſſo Pelagus Al-
triduanò ieiunio, quod clerus in pane & aqua ſeruauit obedienter, & multis proceſſio-
banenſis E-
nibus ordinatis, à venerabili Domino Pelagio Albanenſi Epifcopo, Apoſtolica ſedis piſcopus.

Tt

Legato,

in ministerium

Exod. 14. 14.

Saphadinus

moritur pro

dolore ob ca-

ptam turrim

ante Damia-

tam. & a

* Galea, id

eſt trimes.

1500. hoſtes S.

ſubmerſi.

500. caſi.

Pelagus Al-

banenſis E-

Legato, tentari meruit. Nam in vigilia Sancti Andreae Apostoli, media nocte intumuerunt fluctus maris, crescentes, & excursum terribilem facientes vsque ad castra A
 Tempestas & inundatio. fidelium, ab alia parte, fluuius inundans nos occupauit. Natabant tentoria, perierunt cibaria; pisces fluuiales & marini, se, quasi nihil timētes, cubiculis ingerebāt, quos manibus nostris cepimus, quibus inde carere deliciis volumus: & nisi consilio Spiritus Sancti ante prouisum fuisset in fossato, quod tamen in alios vsus factum fuerat, mare coniunctum flumini, homines cum iumentis, naues cum armis & victualibus, detra-

tanien

ogones

Pestis.

Generosa
mors Chri-
stianorum.

accensi

Christiani
io egregio
facinore ca-
piunt pontem
hostium.

xiisset ad hostes. Ne tamen hoc periculum euaserunt, quatuor coccones, super quos edificata fuerunt propugnacula ad capiendam ciuitatem: qui vno impetu cum quinta nauis, quae inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum praecipitati, ante oculos nostros sunt igne Graeco combusti: pepercit Dominus operibus Fresonum & B
 Theutonicorum, quibus Turris capta fuerat. Naues oneratae qua in portu maris stabant ruptis repente funibus perierunt. Durauit haec tempestas per triduum continuum, quo elapso Dominus, qui consolatus est nos in tribulatione nostra, imperauit ventis & mari, stare faciens ipsum a seruore suo. Inuasit praeterea multos de exercitu quaedam pestis, contra quam Physici nullum ex arte sua remedium inuenire poterant. Dolor repentinus pedes inuasit & crura, & coniunctim caro corrupta gingiuas & dentes obduxit, masticandi potentiam auferens; tibias horribilis nigredo suscauit: & sic longo tractu doloris afflicti, cum multa patientia migrauerunt ad Dominum plurimi: quidam autem vsque ad tempus vernale durantes, beneficio caloris euaserunt liberati. Post dictam tempestatem naues parabantur ad transitum fluminis: quae cum magno periculo sursum ascendentes inter ciuitatem ac turrim captam, machinis & igne Graeco cum iaculis plurimum sunt impedita. Vnde accidit vt vna nauis Templariorum vi torrentis rapta; prope ripam ciuitatis praecipitaretur ad hostes: qui cum barbotis, & vncis ferreis ipsam impugnaverunt diutius, ignem Graecum cum lapidibus desuper de turribus proicientes. Et cum sic praeualere non valerent, propter defensorum audaciam, certatim nauim ascendentes praecipites in eam descenderunt ad Templarios: vbi cum diutius pugnaretur, tandem nauis perforata, siue ab hostibus siue a nostris, incertum habemus, profundum petijt, submergens Aegyptios cum Christianis: aded vt vix summitas mali apparet super aquam. Et sicut Samson plures strauit moriens quam viuens; sic & isti martyres plures secum traxerunt in aqua voraginem, quam gladiis interficere potuissent. Ciues autem Damiatæ cruentam victoriam suam, fere septem diebus planxerunt. Exinde pontem reparantes, aperturam aded reliquerunt angustam, vt naues nostrae sine periculo transire non possent. Theutonici verd & Fresones, zelo iusta indignationis accendi, cum minori naue, cuius ministerio turris fuit capta, qua Gallici sanctam matrem hostium. appellat, Pontem similiter inuasert, auxilium non habentes nisi de caelo. Pauciores autem

uiriliter

autem

autem viri quam decem de gente prædicta, contra omnem fortitudinem Babylonio-
Arum pontem ascendentes, spectante multitudine Christianorum, & hanc audaciam
 plurimi extollentes, fregerunt eundem: & sic cum quatuor nauibus super quas erat
 pons fundatus, reuersi sunt cum triumpho, liberam viam & apertam sursum velifi-
 cantibus relinquentes. His itaque gestis, Sarraceni periculum quod eis imminebat at-
 tendentes, ripam nobis oppositam, fossatis & argillosa materia cum propugnaculis
 ligneis altis munerunt, machinas & petriarias locantes ibidem; nobis spem auferen-
 tes per locum alium transeundi. A calali verò quod per milliare fere distat à ciuitate
 te, vbi hæc noua munitio terminabatur, per transuersum fluminis, nauium immer-
 siones fecerunt cum palis infixis gurgiti. Nihilominus Apostolice sedis Legatus desi-
Bderium bonum habens obsidendi ciuitatem, naues superius congregatas vrgebat ad
 transitum. Vnde coccones propugnaculis & castellulis, viris etiam armatis mu-
 niti, cum galeis & aliis nauibus sequentibus, CHRISTO duce, præscriptas immer-
 siones euaserunt. Hostes autem, dissimulato metu, tres ordines armatorum stationi
 nauium nostrarum contraposuerunt: vnâ, peditum super ripam cum clipeis quos
 targeas appellant, lineariter ordinatam: secundam, post dorsum illorum, similem
 priori; tertiam, equitum, longam, & terribilem: ictibus lapidum & telorum pluri-
 mum vexando stationem Christianorum. Sanè nocte solemnitatis S. Agatha virginis
 & martyris, cum coadunatus esset populus fidelium, qui sequenti die transiturus erat,
C pluuia & venti multum discriminis & difficultatis addiderunt nostris: sed fidelis
 DEVS, qui non patitur suos tentari super id quod possunt, respiciens ad castra ser-
 uorum suorum, quod secundum inferiores causas difficile fuerat vel impossibile, con-
 uertit in facilitatem & gaudium, sua virtutis innouans miracula. Post mediam siqui-
 dem noctem tantum pauorem Soudano Babylonis & Satrapis eius incussit, vt relictis
 castris, ignorantibus etiam Aegyptijs, quos ad resistendum ordinauerat, in sola fuga
 spem ponerent. Quidam apostata, qui multo tempore, Christianorum legem trans-
 gressus cū Soldano militauerat, stans in ripa Gallicè clamabat: Quare moramini?
 Quid trepidatis? Quid hæsitatis? Soldanus abiit. Et hoc dicto, se in nauicula
 Christianorum recipi postulauit, vt in potestate ipsorum positus, fidem dictis faceret.
D Summo igitur diluculo cum inchoatum esset officium Missæ diei festi per oratoria
 Christianorum: Gaudeamus omnes in Domino: nunciata sunt hæc Legato, Re-
 gi, & alijs. Itaque fugientibus Aegyptijs, nostri certatim & alacriter absque omni im-
 pedimento hostiū, & sanguinis impensa, transierunt: Sed aded limosa & profundiori
 bus aquis difficilis fuit ad applicandū terra hostilis, vt rix equis sine fessoribus & sellis
 eiekti, possent ascendere. Teplarij præduces in ascensu equorū, erectis signis, propero cur-
 su ad ciuitatem festinauerunt, sternentes perfidos qui audaciter de portis egressi ve-
 nientibus occurrerunt. Non gloriabitur securis, contra eum qui secat in ea; Esa. 10. 15.

Exaltabitur

neque terra, contra eum qui trahit in ea. Miraculum istud cui equabimus vel cui comparabimus, nisi ei quod legitur de Benadab Rege Syria, qui obsedit Samariam, artans eam plurimum, cui Dominus tantum immisit terrorem, ut relictis castris fugeret? & sicut per leprosos qui erant in introitu porta, illa fuga Syriorum nuntiata fuit Samaritanis: ita per leprosum in anima, praesatum videlicet Apostatam, nuntiata fuit Aegyptiorum fuga. Et sicut ille populus Samaritanorum spolia, in castris Syriorum relictia collegit: sic noster exercitus tentoria & manubias fugientium diripuit, targias plurimas, & omnes galeas cum barbotis & alijs nauibus, quae infra casale vsque ad ciuitatem inueniebantur, cum alijs spolijs victores occupauerunt. Multi bellatores, relictis vxoribus, territi propter inopinatum transitum, fugerunt de Damiatia: & sic per girum, & firmiter obfessa est ciuitas. Per desidiam autem, & inertiam eorum quorum nomina DEVS scit, factum est ut hostes, resumptis viribus & armis, adueniente etiam Coradino cum Halapinis cum magna multitudine, locum illum occupauerunt, a quo nostri transitum miraculosum fecerant: & sic nos obsidentes ciuitatem, ipsi periculosius obsiderunt; & nisi per diuinum consilium prima castra quae erant inter mare & fluuium retenta fuissent, maxime per Theutonicos & Frisones, portus nobis ablatas fuisset, & negotium plurimum periclitatum vacillasset. Ut autem miraculum transitus claresceret, ac soli CHRISTO adscriberetur, ad tantam Sarraceni peruenerunt temeritatem, ut diluculo Sabbati ante Dominicam, Oculi mei semper, nobis tale periculum non praudentibus cum multitudine graui, propius accederent, & vsque ad fossatum se precipitarent: sed, diuino auxilio, cum graui damno equitum & equorum repulsi sunt.

Ann. 1219.

Hierosolyma destructa.

Anno gratiae millesimo ducentesimo decimo nono, Regina ciuitatum Hierosolyma, quae videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino filio Saphadini, foris & intus: muri eius cum turribus reducti sunt in aeuos lapidum, praeter templum Domini, & turrinam Dauid. De Sepulchro vero glorioso destructo, consilium habuerunt Sarraceni, & per litteras comminati sunt, quas ciuibus Damiatia transmiserunt, ad ipsorum solatium: sed huic temeritati nemo praesumpsit manus apponere, propter loci reuerentiam. Sicut enim in Alcorano, libro legis eorum, scriptum habent: IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, credunt de Maria Virgine natum & conceptum: quem sine peccato vixisse, Prophetam & plusquam Prophetam profitentur; cacos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos suscitasse, firmiter asserunt. Verbum, & Spiritum DEI, & viuum ad caelos ascendisse non discredunt. Unde quando, tempore Treugarum, sapientes ipsorum Hierosolymam ascendebant, codices Euangeliorum sibi postulabant exhiberi & osculabantur & venerabantur, propter munditiam legis quam CHRISTVS docuit, & maxime propter Euangelium Lucae, vbi legitur, Missus est Gabriel Angelus: quod literati inter eos sapientius repe-

Quid Mahometani de Christo sentiant.

332

sue

tunt & retractant. Lex autem eorum, quam Diabolo dictante, ministerio Scygi monachi & apostate ac heretici, Macometus Sarracenus dedit Arabice scriptam, à gladio cœpit, per gladium tenetur, in gladio terminabitur. Macometus iste illiteratus fuit, sicut ipse profitetur in Alcorano suo; & qua prænominatus hereticus dictavit, ipse promulgavit, & per comminationes obseruari statuit. Luxuriosus enim fuit & bellicosus: ideoque de immunditia & vanitate legem statuit, quam carnaliter viuentes in parte voluptatis firmiter obseruant: & sicut legem nostram veritas & munditia muniunt, ita errorem ipsorum timor mundanus & humanus, ac voluptas carnalis firmissimè custodiunt. In die Palmarum anni præscripti, inimici nostri, multa comminatione præmissa, quod seipsos vel nos omnes vna die perderent; & collecto terribili & intumescibili exercitu equitum & peditum, irruerunt super nos, vndique fossatum nostrum inuadentes; & maxime pontem Templariorum & Ducis Austriae, quem ipse cum Theutonicis defendere studuit, hostes cum electis militibus suis, de equis descendentes, cum Christianis atrociter pugnaverunt. Caciderunt hinc inde, mortui & vulnerati, multi. Tandem præualuerunt ad eod quod pontem ascendentes, partem eius combusserunt. Dux Austriae præcepit suis, vt ponte relicto, aditum darent instantibus & introitum: sed intrare non præsumserunt, propter militiam nostram, qua acies suas ordinauerat. In subsidium & munitiones defendentium, mulieres aquam & lapides, vinum & panem bellatoribus nostris intrepidè ministrabant: Corationi sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes, ac benedicentes. Eo die non est datum nobis spatium gestandi alias palmas, quàm balistas & arcus cum sagittis, lanceas & gladios cum clypeis: Ad eod instabant, & vexabant atrociter qui conuenerant ad perdendum nos, studio liberanda Ciuitatis, ab ortu Solis vsque ad horam ferè decimam: tandem defatigati, retraxerunt se, cum damno maximo. Instabat iam passagium vernale. *Recessit* Dux Austriae, qui per annum & dimidium *Laus Ducis Austriaci. erat* CHRISTO fideliter militauerat, Princeps deuotione plenus, humilitate, obedientia, largitate: qui præter alios sumptus innumerabiles, quos in negotijs bellicis, ac priuatis elemosynis fecerat, domui Theutonicorum sex millia marcarum argenti, vel amplius, ad comparandum prædium creditur contulisse. In Kalend. Maij magna multitudo Peregrinorum cœpit recedere, nobis in summo periculo relictis: sed Pater noster, benignus & misericors, Dux & propugnator noster, protector & defensor sperantium in se, cui facile est in paucis, sicut in multis vincere, IESVS CHRISTVS, non permisit incredulos simul in nos irruere, donec noui recentesque Peregrini cum copioso succursu superuenirent: copia victualium & equorum nutu diuina transmissa, collectio succursus. neni fidelium latificauit. Instaurato igitur fidelium numero in festo Ascensionis Domini, more suo per terram & aquam irruerunt perfidi; & multoties sic attemptantes, præualere non valuerunt. Particulariter etiam propè castra nostros prouocabant,

Saraceni *cabant, damnificantes, & damnificati.* Prædiè verò Kalen. Aug. omnem quam habere
 fossas Chri- poterant adducentes copiam, post diutinos assultus, tandem fossatum contra Mili- A
 stianorum tiam Templi transeuntes, & licias violenter rumpentes, pedites nostros verterunt in
 occupant. fugam, aded vt totus exercitus Christianorum iam periclitaretur. Milites de Francia,
 saculares & equites, ter conati sunt ipsos repellere longius, extra fossatum, sed non po-
 tuerunt. Saraceni siquidem intra moenia nostra, fractis munitionibus ligneis, equi-
 tum ac peditem acies ordinauerunt. Clamor ortus est insultantium, omnis multitu-
 do ipsorum preparauit se: iam timiditas aucta est Christianis: sed spiritus qui induit
 Gedeonem animauit Templarios. Magister enim Templi, cum Marescallo ca-
 terisq; fratribus suis, qui tunc aderant, per exitum angustum impetu facto, viriliter
 Eijciuntur à Christianis. in fugam conuertit incredulos. Domus Theutonicorum, & Comites, aliq; mili- B
 tes de diuersis nationibus videntes Templi Militiam in periculo constitutam, festinan-
 ter per exitus sibi contra positos, tulerunt auxilium. Sic pedites Sarracenorum, abie-
 ctis clipeis, interficiebantur, præter eos quos fuga præcipites percussoribus abstulit. Post
 equites nostros, egressi sunt pedites: per modicum spatium se retraxerunt hostes: acies
 hinc inde substiterant armate, donec crepusculum vespertinum prælium interemit.
 Sarraceni priores abierunt. Occisorum corpora perfidorum, strata iacebant iuxta
 fossatum plurima, præter eos qui sauciati grauius vel lenius reducti sunt ad castra.
 Itali sua vir- Sic saluauit Dominus in die illa sperantes in se, per virtutem Templariorum, & eo- C
 tute nihil rum qui ipsis cooperati discrimini se commiserant. Pauci de nostris interfecti sunt,
 promouent. & capti. Instrumenta contra ciuitatem preparata, combusta sunt à defensoribus e-
 ius, præter scalas. Genuenses, Venetiani, Pisani, firmiter asserebant se ciuitatem
 expugnaturus per quatuor naues, super quas scala pendebant: sed ipsi non erant de ge-
 nere virorum illorum per quos facta est salus in Israel. Volebant enim sibi facere no-
 men cum tubis & calamillis & signis multis progressi. Legatus Apostolicæ sedis,
 sumptus eis præbuit copiosos de communi: Rex, & aliq; cordas & anchoras prout re-
 quirebant, exhibuerunt abundanter. Aggredientes itaque ciuitatem primo die multos
 interfecerunt & vulnerauerunt: & quanto sæpius, postmodum assultum fecerunt,
 tanto magis muri firmati sunt, ligneis castellulis ac licis. Defensores etiam robustius
 & efficacius se venientibus opposuerunt: & sic scala mutilata per ignem ac pluries D
 à Deo tantū reparata, tandem infecto negotio, reducta sunt ad ripam: & sic deprehensum est,
 spes victoria. & veraciter intellectum, sola virtute Diuina, Damiatam in manus Christianorum
 fore tradendam. Nos verò insensati, & immemores beneficiorum Dei, ac mirabi-
 lium que fecit, prouocauimus oculos Diuina Maiestatis contra nos, per desidiam
 maiorum & murmuraciones minorum. Pedites equitibus improperabant
 ignauiam, equites pericula peditem quando contra Sarracenos egrediebantur, disti-
 mulabant. Vnde factum est, vt communibus exigentibus culpis, in decollatione
 Sancti

A Sancti Ioannis Baptistæ, licet vix inuenirentur qui in custodia castrorum remanerent, naualem & terrestrem exercitum, equitum ac peditum educentes, ad castra Babyloniorum tenderemus, inter mare & fluuium, vbi dulcis aqua non poterat inueniri ad potandum: Ipsi verò sublati tentorijs fugam simulabant. Et cum processum fuisset à nostris aded, quòd appareret aduersarios directà fronte nolle configere: capua- Infelix pu-
nei nostri longum inierunt consiliu, vtrum procederent an redirent: discors inter eos qua Chri-
sententia fuit: Interim soluta sunt acies, præter ordinem illorum quos in disciplina mi- stianorum.
litari ligauit obedientia. Equites Cypri in dextro cornu constituti, Sarracenis incur-
sum facientibus à latere, timiditatem suam ostenderunt: Italici pedites primi fue-
B runt: post eos, equites de varijs nationibus, & quidam Hospitalarij Sancti Ioannis:
Legato Romana sedis, & Patriarcha qui Crucem baiulabat, multum sed frustra sup-
plicantes vt subsisterent. Aestus Solis erat vehemens: pedites armorum pondere
premebantur, calorem auxit labor via: & qui secum vinum detulerant in angustia
sitis biberunt illud purum, propter defectum aqua: his omnibus concurrentibus, qui
subsistentes se defenderunt, & post primitiuos fugientes anthelo cursu terga dederunt,
extincti sunt, sine vulneribus corruentes. Rex verò cum Templarijs, & domo
Theutonicorum, & Hospitalarijs Sancti Ioannis, Francigenis, de Hollandia, de
Werthe, de Sarreburge, de Cestriæ Comitibus Galtero Bertouidi, Pisanis, Capti ex
C alijsque militibus impetum persequentissimum sustinuit: Rex, igne Græco fere com- Christianis.
bustus fuit. Hi omnes pro muro fuerunt fugientibus: quoties facies suas ostendebant
hostibus, illi fugerunt: quando verò gradatim reuertebantur, ictus & tela sustinuerunt
inimicorum. Capti sunt in illa defensione electus Beluacensis, & frater eius Ca-
merarius Franciæ, & filius eius: frater Andegauensis Episcopi, cum Ioanne Dar-
cies viro nobili & valde strenuo, Henricus de Vlma; & alij multi, qui trucidati
sunt, & in captiuitate ducti: Tēplarij triginta tres capti vel occisi sunt, cum Marescal-
lo Hospitalis S. Ioannis, & quibusdam alijs fratribus eiusdem domus: nec euasit sine Henricus de
damno domus Theutonicorum. Militia Templi, quæ prima solet esse in congressu, Vlmenis.
ultima fuit in recessu: vnde cum ad fossatum nostrum nouissima rediret, foris substi-
D tit, vt anteriores intra mœnia quantum possibile fuit reduceret. Persecutores, ad capti-
uos deducendos, & spolia colligenda tandem redierunt: sicut intelleximus postmodum
à Sarraceno, quingenta capita Christianorum Soldano presentantes. Mæror no- Pœna peccati
stros occupauit: sed nulla desperatio: pro certo enim habemus, quòd pœna peccati fuit & misericor-
hac castigatio, & minus erat in pœna, quam exigeret culpa, ipso temperante vindi- dia Dei.
ctam, qui dicit anima peccatrici: Tu fornicata es cum amatoribus pluri- Ierem. 3. I.
mis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Constat autem no-
bis quod in præcipua sua militia, luctuosa sibi damna sustinuerunt increduli. Sa-
ne miserator Dominus, qui non obliuiscetur misereri, nec continebit in ira miseri-
cordias

Hostis indu- cordias suas, qui in tribulatione peccata dimittit; qui dixit de tenebris lumen splen-
cias tentat. descere, luctum nostrum conuertit in gaudium, moerorem in letitiam. Nam solda- **A**
Christianorū nus vnum de captiuis nostris mittens, de pace vel treuga nobiscum tractare cepit: in
discordia a- quo tractatu fossatum nostrum, & munitiones alias reparauimus alacriter. Interim
numat hostes. nauta, Christianitatis proditores, & cum eis Peregrini plurimi, magis seipso amau-
Novus hostiū tes, quam fratribus suis compatiētes, ante tempus cōsueti Passagij, Agonistas **CHRIS-**
impetus in- tianis in summo periculo reliquerunt, eleuatis velis obiecto portu, nobis mœsticiam;
sperato suc- Babylonis audaciam contulerunt. Qui tractatum pacis intermittentes, in vigilia
ursu retun- Sanctorum Cosma & Damiani, & sequenti die festo, proximo etiam Sabbatho cum
ditur. galeis, barbotis, per flumen; cum mangunellis, targijs, fructicibus pro implendo fossato,
 per terrā, feritate barbarica & impetu consueto, nec impetierunt: sed durus bellator & **B**
 triumphator in Israel, solita vsus gratia, castra sua defendit misso per mare Saueico
 de Mallion, cum galeis armatis, & bellatoribus plurimis in ipso necessitatis articu-
 lo: & nos clamantes in cœlum, nec trepidantes ad impetum; sed viriliter resistentes, in-
 terfectos, sauciatos, & confusos ab insultu triduano recedere coegimus, ipsius virtute
angustia & qui saluat sperantes in se. Interea ciuitas obsidione longa, ferro, fame & pestilentia
calamitates grauius, & vltra quam scribi possit afflicta, in sola pace, quam Soldanus promisit ci-
hostis obse- uibus, spem posuit. Adeo enim in ea fames inualuit, vt cibi desiderabiles deessent. Pa-
 nis corruptus abundauit in ea: durabilis enim non est annona Aegypti, propter molles
 glebas in quibus crescit: nisi superius circa partes Babylonis artificiose conseruetur in **C**
 annos: & sicut audiuius, Coitanum vnum XI. Bisantijs vendebatur in ea. Ex
 angustia famis, diuersa morborum genera vexabant eos: & inter cetera incommoda
 quæ sustinuerunt, noctibus, velut aorisia percussi, apertis oculis nihil videre diceban-
 tur. Soldanus, de die in diem vanis promissionibus ipsos à deditioe dehortatus, dece-
 pit miseros. Postremò portas suas obstruxerunt intrinsecus ne aliquis veniens ad nos
 de suis, nuntiaret quomodo dies afflictionis possiderent eos. Si qui verò per posticium,
 vel de muris per funes, euadere potuerunt, inflati & famelici ciuium suorum angu-
 stiam probabant euidenter. Illis etiam, qui foris in exerciui Sarracenorum nos obsi-
 derent, copia panis & pabuli cepit decreſcere. Nilus siquidem, qui post festum Sancti **D**
 Ioannis Baptista, vsque ad exaltationem S. Crucis solet excreſcere, & Aegypti plani-
 tiem irrigare, hoc anno, more suo non ascendit ad signum, quod ponere consueuerunt
 Aegyptij: sed, prout intelleximus, magnam partem siccam reliquit, quæ nec arari nec
 seminari poterat suo tempore. Vnde Soldanus, carisiam timens & famem, etiam
 amore retinenda Damiatæ, talem pacem cum fratre suo Coradino Christianis ob-
Conditiones tulit: vt Crucem Sanctam, quæ olim capta fuit in victoria Saladini, cum
pacis à Sul- ciuitate Sancta, & omnibus captiuis qui per regnum Babylonis, & Da-
dano petita. masci viui reperiri possent; sumptus etiam ad reparandos muros Ieru-
 salem

A salem redderent: Insuper regnum Ierosolymitanum totaliter restitue-
 rent, præter Cracum & Montem Regalem, pro quibus retinendis, tri-
 butum obtulit, quamdiu treuga duraret. Sunt autem hæc duo loca in Arabia
 sita, septem munitiores firmissimas habentia, per quæ negotiatores Sarracenorum &
 peregrini ipsorum, Mequam tendentes, vel ab ea reuertentes, transire solent: & qui
 hæc potenter tenuerit, Ierusalem, cum voluerit, grauius nimis, cum agris & viciis
 laedere poterit. Hanc compositionem acceptandam esse Christianitati, Rex & Fran-
 sigena, Comes Cestrie, eam capitaneis Theutonicorum, censuerunt pertinaciter.
 Nec hoc mirandum fuit: quia longè minori pace, quæ prius oblata fuerat, contempti
 B fuisissent: nisi sano consilio eis esset obuiatum. Legatus autem cum Patriarcha, Ar-
 chiepiscopo, Episcopis, Templariis & Hospitalariis, ac omnibus Italia Capitaneis, mul-
 tisque alijs prudentibus viris, efficaciter huic tractatui se opposuit, rationabiliter osten-
 dens ante omnia Damiatam fore capiendam: opinio diuersa peperit discordiam, quæ
 non sedata fuit propter communem necessitatem. Interea Soldanus magnam multi-
 tudinem peditum clanculo per loca palustria misit ad ciuitatem: quorum ducenti qua-
 draginta, Christianis dormientibus, fuerunt ingressi, Dominica nocte post festum om-
 nium Sanctorum: tandem præ clamore vigilum, cæsi sunt & capti, quo ad ducentos
 & plures computauimus. Nonas Nouembrii, Salvatore mundi regnante, & domi-
 C no Pelagio Albanensi Episcopo, Apostolica sedis Legatione solerter ac viriliter fun-
 gente, capta est Damiatam, absque deditioe, sine defensione, sine violenta depraedatio-
 ne cum tumultu: vt soli Filio Dei adscriberetur euidenter victoria, qui populo suo in-
 gressum in Aegyptum inspirauit, & ibidem vires ministravit. Et cum caperetur ciui-
 tas in oculis Regis Babylonis, more solito non fuit ausus CHRISTI milites ad defen-
 sionem paratos, per fossatum nostrum aggredi. Eodem etiam tempore fluuius excre-
 uit, vberius aquis fossatum implens: Ipse verò confusus, castra propria combussit & fu-
 git. DEVS autem, qui tertia die aquas sub firmamento congregauit in locum vnum,
 ipse agonistas suos per aquas maris perduxit ad portum Damiatæ, mense Maio, feria
 III, eosdem tranduxit per Nilum, ad obsidendam ciuitatem, mense Februario, feria
 D III. Idem cepit Damiatam, inter aquas sitam, mense Nouembrii, feria III. Hanc vr-
 bem vitula consternanti, quæ tertio terræ motu subuersa est, possumus assimilare: Vi-
 tulam appellamus, propter eius lasciuiam: piscibus enim, aibus, & pascuis, frumen-
 to, hortis & pomeriis abundauit, negotiando, practicam exercendo, delicijs effulsit in
 culpa, per effulsit in gehenna; sed vna hora venit iudicium eius: Consternantem di-
 gimus, quia quasi tertio terræ motu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra ma-
 nente. A Græcis & Latinis primò fuit obsessa, qui ab ea defecerunt: demum à Latinis,
 sub Amaurico Ierosolymitano Rege, qui non profecerunt: Hac vice tertia Rex Regum
 & Dominus dominantium seruis suis ipsam tradidit, IESVS CHRISTVS, qui vi-

Nouus suc-
 cursus hostis
 obs. st.

Damiatam
 capta.

Damiata
descriptio.

uit & regnat & imperat; qui sementis irrigua siccauit Aegyptiis; qui confudit operantes sericum, & byssum plectentes, & textentes subtilia. Tali Duce Christiani milites Damiatam ingressi, plateas eius inuenerunt stratas cadaueribus mortuorum, pestilentia & fame deficientium: aurum & argentum multum nimis; pannos sericos negotiantium, in abundantia. Ciuitas hac praeter naturalem situm loci quo munitur, triplici cincta est muro, turribus lateritiis multis & magnis fortissime firmata: clauis & antemurale totius Aegypti. Inter Ramesse, & campum Thaneos sita; in terra, vt conijcere possumus, Gessen, quia pascualis est, quam petierunt filij Israel a Pharaone, tempore famis. Damiata! Damiata! incluta in regnis, famosa multum in superbia Babylonis, in mari dominatrix, Christianorum spoliatrix, in ascensu persecutorum tuorum per paucas & modicas scalas comprehensa: & nunc humiliata es, sub potenti manu DEI, & adultero, quem diu tenuisti, proiecto, reuersa es ad virum tuum priorem: & quae prius parturiebas spurios, modò paries filios legitimos ad cultum Filij DEI, firmiter à cultoribus CHRISTI possessa. Aconensis Episcopus, iam ex te primitias animarum DEO soluit, paruulos tuos, qui reperti sunt ab ipso vitales, etiam morti proximos, baptismatis vnda sacramentaliter inundando: Multiplices soluisti poenas: quia praeter eos qui viui comprehensi sunt in te, mortui promiscui sexus, à tempore obsidionis in circuitu computantur, ad triginta millia & amplius: quos sine ferro vel igne Dominus percussit, à modò sustinere dedignatus spurcitas in te commissas. Gaudeat igitur vniuersalis Ecclesia, dignas gratiarum actiones referendo pro tali triumpho: & non solum pro Damiata, sed pro destructa perniciose munitione montis Thabor, & pro aditu libero ad Ierusalem: vt redificentur muri eius, tempore ab Altissimo prouiso: pro castro praeterea Filij DEI, quod magnis sumptibus adificat viriliter & inexpugnabiliter Militia Templi, de quo superius in superioribus literis plenius scriptum est. LAETARE SPIRITVALITER, PROVINCIA COLONIENSIS; EXVLTATA, ET LAVDATA: QUONIAM IN NAVIBVS, INSTRUMENTIS BELLICIS, BELLATORIBVS, ARMIS, PECVNIA, VICTVALIBVS, MAIVS AVXILIVM TVLISTI, QVAM RESIDVVM TOTIVS REGNI THEVTONICI. Illustris Imperator noster & Rex Siciliae, ar-

Laus Colonia

Pax per S.
ENGEL-
BERTVM.

denter expectatur à populo DEI, ad negotij felicem consummationem. Tu Colonia, ciuitas Sanctorum, vt quae in hortis Rosarum martyrum; Liliorum virginum; Violarum confessorum; nunc pace temporali

A rali per Venerabilem Archiepiscopum ve-
strum (ENGELBERTVM) gaudens, habitas,
pro deuotione filiarum tuarum, flecte ge-
nua cordis tui coram Altissimo, qui vitæ &
mortis habet Imperium. Noli alta sapere,
sed time coram ipso; vias tuas argue, ne fu-
B ror iræ DEI, qui stillauit super te, conuertatur
in grandinem; sed tranquillitate tempo-
rum diu concessâ, ei cui honor est & excel-
lencia, virtus & potentia, libera mente de-
seruias.

PAGINA 86. lit. A. Baron. Raderus, & Arenbeckius, Ottonem Fri-
singensem tradunt obiisse, anno 1159.

Otto Fri-
singensis.

C PAGINA 84. lit. de castro Turrino ante quod B. ENGELBERTVS et-
iam arcem ædificarat quid contigisse scribat Pantaleonita tempore
Henrici à Molenarck paucis accipe: Anno Domini 1237. Turris, inquit,
quam Venerabilis Archiepiscopus ENGELBERTVS ante castrum Thurorum extru-
xerat, dolo capitur à fautoribus Palatini de eodem loco temporibus Conra-
di de Hochsteden Archiepiscopi Coloniensis Henrici successoris ex-
pugnato & recuperato ista in commentar. de Augusta Treuer. parte 15.
intelligo: inter alios Zorno fuit Marschalcus Ducis Bauaria, quasi alter Nero qui
castrum Thurum in commisso tenens, mulieres grauidas, Clericos Laicosque sine
D discrimine carceribus affligebat, Ecclesiasticas personas ac res crudeliter inuadebat, ho-
mines etiam Archiepiscopi inhumana proditione interfecerat. Quamobrem Episcopus
[Treuirensis Arnoldus] tandem ipsum castrum obsedit per totum fere biennium
auxilio vicinorum & vniuersitatis totius diocesis, qui tyrannide Zornonis plurima
mala perpeffi erant, castroque tandem potitus est, accito ad belli societatem Coloniensi
Archiepiscopo cui pars dimidia cecit.

Castrum
Thurum.

De eremi-
tis & reli-
giosis vagis

PAGINA 90. lit. D. Obserua ex Cæsarij dial. libro sexto c. 20. satis a-
pertè explicari tempus celebratæ synodi Engelbertinæ cum non facile decretū S.
recipiendos astruens illos qui in habitu & consura religionis terras circum-

ENGEL-
BERTI.

cunt, inquit, anno praterito (1221) Dominus ENGELBERTVS Colonienſis Archiepiſcopus in ſynodo ſua præcepit, ne aliquis illorum in ſua dioceſi hoſpitio recipereſtur. A

Hochſteden.

Vide Meibomij Notas in Leuoldū n. 19

Hinsberg.

Dania tributaria S. Eccleſiæ.

* error in annorum numero.

PAGINA 97. vti frequenter in allatis tabulis Lotharius Comes de Hochſteden appellatur, ita in quibusdam antiquis diplomatibus videtur de Horſteden legi, atque ita eum ſemper nuncupat Chapiauillus in Episcopis Leodiensibus, quod ex quadam antiquorum grammatum ſimilitudine ortum exiſtimo. Hic verò Lotharius, parens aut frater fuit Conradi ab Hochſteden Archiepiſcopi Colonienſis fundatoris ædis Metropolitanæ.

EADEM PAGINA lineæ I. litera D. ſignificat Diederichū ſiue Theorum de Hinsberg, vti mille modis probari poteſt. B

PAGINA 100. REGES DACIÆ. Daciæ nomen plerique recentiores cum Daniæ nomine confundunt; vt recte in theſauro ſuo monet Abrahamus Orthelius: ſic Otto Friſingenſis lib. 1. cap. 24. ſcribit; Regem Daciæ à Friderico Ahenobarbo poſtulaffe inueſtituram. Sic Radeuicus de eodem; Merſeburgi in Saxonia degentem diremiſſe contouerſias de Regni Daciæ ſucceſſione exortas. Daniam vtique intelligentes. Nam Dacia longe inde remota Tranſyluaniam & Danubij ripas antiquitus ſpectabat. Dania Romanæ Eccleſiæ à Rege Sueone anno 1062: tributaria facta eſt. Quod vero ad rem geſtam quam de captiuo Rege retulimus Lazius paulo aliter narrat, ſed errat in tempore cum conſtet ex noſtra hiſtoria, ante mortē S. Noſtri omnibus locis ceſſiſſe Waldemarum II. Canuti IV. fratrem Germanum, qui vt ipſe ait mortuo Canuto in Regnum Daniæ ſucceſſerat ab Archiepiſcopo Lundunenſi coronatus ſubiecerat ſuo Imperio proximas Imperij ciuitates Lubecam, Hamburgum, & Holfatiam pro quibus cum Danis diu contendat Otto IV. Imper. Hunc Henricus à Swerin in publicis comitijs captum in caſtrum ſuum Dannenberg abduxerat, nec prius dimiſerat quam 45000. marcas argenti numeraffet. Amiſit denique is Lubecam D urbem cum tota Prouincia Nordalbingorum, Anno * 1242. Et ex eo tempore Lubeca Imperialis vrbs eſſe cœpit. Ita Lazius in Catal. 24. Danemarcomannorum. Ericus VII. filius Waldemari Rex Daniæ à fratre ſuo Abel, cui Ducatum Schlefwicenſem permiſerat, ex inſidijs captus, ac capite plexus, inque mare fuit deiectus circa Ann. 1250. Is Lubecam armis ſibi ſubijcere tentabat, ſed inaniter. Nam Lubecenſes caſtrum Seklar præcipuam eius belli munitionem deſtruebant, Laz.

PAGINA 103. lit. B. quæ recitantur, ſunt Ciacconij in Honorio III.

vbi

ubi primo tradit Bertholdum Zaringie Ducem fratrem fuisse Eginonis
 A & patrum Conradi, deinde Conradi fratrem appellatum Rudol-
 phum, verum Pistorius in *Chronic. Episc. Constantien.* Lazius in *Genealogia*
Rosierez in Stemmate Ducum Lotharing. & Barri tom. 1. cap. 79. Albert. Ar-
 gent. in *Chron. ad ann. 1218.* docent Eginonem Conradi parentem fuisse
 Bertholdi de Zaringen generum. Duxerat enim ipsius filiam Agnetem
 Conradi matrem. Ideoque non Bertholdi frater fuit Egino, sed vt di-
 ctum, Gener. Deinde quæ Ciacconius refert de Rudolpho illa tribuunt
 Vrspergens. & Lazius Bertholdo, vt videatur vnus & idem esse
 Bertholdus & Rudolphus. Vt verò hæc manifestius intelligantur, sub-
 B jiciam Pistorij Genealogiam Ducum de Zaringen, prout ex literis ipse
 decerpfit, cum quibus in multis conuenit Lazius.

FAMILIA DVCVM ZARINGENSIVM, EX ANTI-
 quissimis Vindonissæ Comitibus, ex quibus Hatspurgici.

Parthilo al. Berthilo Comes Brisgoia tēpore Ottonis III. Imp. Hē- Gerardus fundator Sulzburgen-
 ricus S. (ex literis) fūdator cænobiij Sulzburg, An. 1008, vixit 993. sis Monasterij cum fratre 1008.

C Betzelinus successit patri, vxor Ermfrida Comes à Sönenberg. Gobizo, vel Bebizo Gebhardus.

Bertholdus Zaringensis filius Bezelini (italiter) Dux Carinthia, ex vxore Luthfredus Comes
 Neckergoia & Brisgoia, nominatus à Truhemio, Dux Alemania mortuus, Zaringensis, vxor
 anno 1078. sepultus Hirschangia. filia Humberti

Vxor prima Rich- Vxor secunda Beatrix filia Ludovvici Comitis ex So- primi Comitis
 vvara Marchio- phia matre, Mechtilda gloriosa sorore, soror Friderici Sabaudia.
 nissa Carinthia. Marchionis mortua 1091. 8. Kalen. Nouembr.

D Bertholdus Zaringēsis Dux Alema- Gabiro, vel Geb- Hermānus Marchio simpliciter di-
 nia, ex promissis Hērici IV. Caesaris hardus monach⁹ ctus, quā dignitatē Caesar Henricus
 retinet Brisgoiā, & Neckergoiā, ex primū Hirschau- III. dederat: deserto mundo fit in
 Socero Dux Burgundie minoris & giensis, inde Epi- Cluniacēsi Monasterio occulte pastor
 Comes Reinsfeldij fūdauit an. 1093. scopus Constā- pecorum, obiit (teste Bertholdo Con-
 cænobiū S. Petri, mortuus an. 1111. tiensis, Pontificis stātiensi) an. 1074. Kal. Maij. Vxor
 12. April. sepultus ad S. Petri. Vxor Iuditha ditissima, & potentissima,
 Agnes filia Rudolphi Ducis Suevia fūdatrix noui Monasterij Hirschau-
 & Reinsfelden, postea Caesaris, anno 1110. giensis, post primam foundationem.

Gisela vxor S. Ladislai Regis Hung.

N. Godsfidi vxor Conuicta de Calda.

Bertholdus Dux successit Patri, Freiburgum ex pago fecit urbem anno 1118. occisus Molehemij in transitu à ciuibus anno 1122. 16. Febr. sepultus in Capitolio Monasterij S. Petri. Vxor Sophia, soror Henrici superbi, Guelfi Ducis Saxonia & Bauaria. nupsit secundo Leopoldo Styria Domino, vnde mater est Otocari primis Marchionis Styria.

Agnes vxor Stephani Comitit Bar. gūdia, qui Guilmi erat filius.

Conradus successit fratri mortuo, ann. 1122. Regnavit in Neckergoia, Brisgoia, Burgundia, & Reingūdia, obiit anno 1152. 7. Ianuarij. Vxor Clementia filia Godfridi Namurcensis Comitit; obiit anno 1189. 28. Decemb.

Bertholdus Rudolphus pueri mortui.

Litgarda.

Hermannus II. Marchio primus Badensis, auctor omnium Badensium, Halbergensium, & Rotelannorum Marchionum. Vide alibi, mortuus 1130.

Bertholdus IV. haeres Burgundia, & Zaringia Dux; conditor Friburgi in Vchlandia anno 1170. iecit fundamentum Bernae, anno 1181. electus frustra Caesar contra Philippum; obiit anno 1186. 8. Septembris. Vxor Heilyviga.

Conradus obiit ante fratrem, Molehem.

Clementia vxor Henrici Leonis Guelfi, Dacis Saxoniae & Bauariae.

Rudolphus Episcopus Moguntinus; sed relictus sit Episcopus Leodiensis: prefectus cum Barbarossa Casaro in Syriam: obiit Herdara prope Friburgum; anno 1190.

Adelbertus ex paterna hereditate retinuit Teccam, factus primus Dux Teccensis, Vxor Adelheida

Hugo Dominus multorum praediorum, & feudorum in Brisgoia, reliquit in feudis fratrem, in reliquis alios haeres.

Bertholdus V. familia vltimus, absoluit Bernam, mortuus sine liberis, anno 1218. Kalen. Maij, Vxor Ida, filia Matthiae Comitit Flandria, quaer nupsit.

Fridericus & Bertholdus pueri extincti.

Agnes vxor Eginonis Comitit ab Vrach, vel à Furstenberg, haeres fratris in Brisgoia, vel vt addit Lazius in Freiburg. Hinc est familia & Comitum à Freiburg, & simul Comitum à Furstenberg. Nam teste Lazio, quatuor procreauit liberos, BERTHOLDVM

Hinc est familia Ducum Teccensium, vsque ad annum 1432. in quo postremus Vlticus mortuus est, maritus Marchionis Badensis Ursulae, quaer Rudolphi Magni filia fuit.

A **THOLDVM** & **B. CONRADVM**, de quibus iam actum, & **Ottone**, & **Engelschalcum** **Comites** **Vracenses**, quorum duorum meminerunt antiquæ literæ, de anno 1177. & tamen idem vt videtur ex **Alberto** **Argentinenſi**, alios ei tribuit **liberos**, primo **Conradum** seu **Cononem** **ſenior**, cui ceſſerit **Dominium** in **Briſgavia**, ſeu **comitatus** **Freiburgenſis**. **Secundo** **Eginonem**, cui ceſſerit **Dominium** in **Sueuia**, à quo proceſſerunt **Comites** de **Furſtenberg**, &c. ſubijcit, quod alter, **Comitis** **Freiburgenſis** **Conradi** **mortui** **ſilius** **Egeno ſenior**, retinuerit **comitatum** **Freiburgenſem**, alter vero **Henricus**, acceperit **Newenburg**, & **Badenweiler**; quæ ego iam non diſputo.

B **NB.** Duo illi fratres **Bertholdus**, & **Conradus**, non **Vades**, videntur ab **auo** **materno** **conſtituti**, ſed **Prædes**, donec certa **pecuniæ** **ſumma** **Philippo** **ſolueretur**. **Signa** quæ **Conrado** **Portuenſi** **ſup. pag. 103.** **appoſueram**, non **Stemmatis** **erant**, ſed **ex pietate** **tantum** **aſſumpta**, quæ **alioquin** **modo** **gerunt** **gentilitia**, **repræſentant** **hic** **collocata**. **Deinde** **Egino** **illorum** **patrens** **nuncupatur** **ab** **Alberto** **Argentinenſi**, & **Rofiers**, **Sororius** **Bertholdi**, ſicut & **Henricus** **de** **Kiburg**, **intellige** **de** **Bertholdo** **V.** **non** **de** **Bertholdo** **IV.** **cuius** **eſt** **gener.**



*In Epitaphio
apud Henri-
quetz in Me-
nologio, dici-
tur B. Con-
radus frater
Eginonis Co-
mitis de
Freiburg.*

NB. hic **Conradus** **alius** **fuit** (vt **bene** **inſinuat** **R. P. Raderus** **in** **Ba-
uaria** **ſancta**, **vol. 1.** **fol. 292.**) à **Conrado** **fili** **Welfonis** **Bauariæ** **Ducis**, **ex** **Vulphilde**, **filia** **Ducis** **Saxonix** **Meginnonis** **procreato**, qui **puer** **ab** **Epifcopo** **Coloni** **reli** **gioſe** **educatus**, **ac** **ſpreto** **tandem** **omni** **ho-**
D **nore** **ſeculari**, **Clareuall** **enſem** **amplexus** **eſt** **religionem**. **Poſtea** **Hie-**
roſolyman **fuit** **profeſtus**, **vb** **i** **Eremitæ** **multo** **inferuiuit** **tempore**, **contracta** **demum** **in** **ualetudine** **domum** **rediturus**, **in** **itinere** **Baræ**, ſeu **Pararæ** **ciuitate** **S. Nicolai** **felicem** **exhalauit** **animam**, **vixit** **ætate** **&** **Lotharij** **Imperatoris**, qui **Spiram** **obſedit**, & **Gratiani** **Iuriſconſulti**, qui **ius** **Canonicum** **compilauit**, **circa** **annum** **1120.** **vel** **circiter**, **Vrſperg.**

Reuſneruſtamen **in** **Pharamundana** **ſtirpe** **Bertholdo** **V.** **Agnetem** **tradit** **ſororem** **nuptam** **Sigifmundo** **Com.** **Kiburgenſi**, quæ **defuncto** **Bertholdo** **V.** **adepta** **ſit** **Burgundiæ** **comitatum** **cum** **Friburgo** **Vchtlâ-**
diæ. **Deinde** **Iuditham** **Eginoni** **nuptam**, quæ **Briſgoiæ** &c. **in** **Sueuia** **dominia** **obtinuerit** **eadem** **Bertholdo** **V.** **defuncto.** **No-**

Noſter vero Conradus ab Vrach vel Furſtenberg, Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, anno 1227. obiit, & in Menologio Ciſterciendi, ad diem 30 Septemb. hoc commendatur Elogio.

In Claravalle, de poſitio B. Conradi primum V. lary, poſt Clara vallis, demum Ciſtertij Abbatis, ac tandem ſacra Romana Eccleſie Cardinalis, Epiſcopi Portuenſis,

sanguinis ſplendore & viſa ſancti-
monia celeberrimi, cuius digiti inſtar candelarum ardebant; Ordinem Prædicatorum nouiter inchoatum auctoritate Apoſtolica confirmavit, & mira charitate promouit; ad id ab ipſa Dei parente, qua ei apparuit, & quod ordinem ſibi dilectum & filio ſuo gratiſſimum * promouiſſet, gratulata eſt, mire excitatus, in Pontificem ſummum electus, onus & honorem humiliter recuſauit, & tandem; poſtquam terram ſanctam pio affectu inuiſiſſet, feliciter obdormiuit in Domino, & in Clara valle locum ſepultura obtinuit.

PAGINA 105. Comitum de Vorlemunde alij vocant Orlemunde.

PAGINA 108. lit. A. Hamberg. Vide R. P. Brunner lib. 10. Boiorum Annales, in Conrado, vbi videtur Haimberg appellare. Alias in Sueuia etiã eſt familia ſatis celebris de Höberg.

Truchſes à
Walpurg.

Ibidem Henricus Dapifer de Walpurg, is eſt, qui oppoſuit ſe Ottoni à Wittelspach Philippum Sueuum Bãbergæ interficienti, ſub ann. 1208. ſed inſlicto ſuo capiti vulnere humi proſtratus, Ottonem dimittere debuit. Mutius lib. 19. Ex ipſius familia deſcendunt Comites de Sonnenberg. Nam primus Comes Euerhardus Filius erat Ioannis III. Dapiferi à Walpurg donatus à Friderico III. Imperatore, ſeu vt aiunt Iuriſconſulti, inueſtitus caſtro Jagberg, quod cum comitatu Sonnenberg,



A berg magnis obtinuerat seu emerat largitionibus, postea tamen eundē comitatum vendidit Sigismundo Austriae Principi, comitatus noui ditione ad Danubium translata, vbi est hodie Scher oppidum cum agro continente, *Lazius*.

IBIDEM IN STONE ita nunc passim monasterium illud B. M. appella- B. M. V. in tur; quamuis de Seyn vocari debeat à Mechtilde, ni fallor, Comite de Sion. Seyn, quæ prima id ipsum fundauit.

PAGINA 115. Pseudo Balduinus appellatus fuit Bertrandus Rhe- Rainfus mensis in Campania oriundus, qui se reducem ex terra sancta Balduinum Imperatorem Constantinopolitanum ante annos aliquot à Bulgariis captum vulgarat, sinxeratque, à Ioannæ Flandrorum Comitis ministris comprehensus in Insulis Flandrorum, in qua vrbe coronam imperialem gesserat, suspenditur, & laqueo vitam finiuit, *Iperius, Miraus*.

PAGINA 123. Si Lector videat Isenburgicis trabibus nigris rubeas duas Grensaw adijci, sciat eas adiectas ob comitatū Grensaw, quæ ille possedit familia.

PAGINA 132. liter. C. æneæ fistulæ per amanuensis incuriam irreperunt. Necdum enim scloporum aut fistularum vsus inuentus erat, sed vel utebantur arcibus sagittisve & balistis.

C PAGINA 140. à Regum beneficentia Tremoniam pependisse, ostēdit diploma Caroli Magni, anno 788. datum; Vnde simul constat à Truthmanno viro illustri Saxonibus præfecto Truthmanniam siue Tremoniam nuncupatam. *Vide Meibom pag. 63.*

PAGINA 144. lit. C. corpus S. ENGELBERTI in Ecclesiam Schvvel- in. *VVitek in.* mensis parochus inuehi prohibuit; ne ipsa Martyris sanguine pollueretur. Verum quidem est, iniuriosa sanguinis effusione Ecclesiam contaminari. c. si Ecclesiam & ibi glo. de consecrat. Eccles. in 6. Attamen si quis extra Ecclesiam vel vulneretur vel occidatur, licet postea ad templum delatus sanguinet, vt hoc in casu fiebat, non ipsum polluit c. z. de off. deleg. in 6. glo. in d. l. vbi etiam quærit. Quod si Martyr in ipsa Ecclesia occideretur, foretne polluta? Et respondet, rem esse dubiam. Putrat tamen probabiliter contaminari ex actione effudentis sanguinem, non vero ex passione; ideoque nec locum sanguinis lauandum esse, cum non polluatur, sed potius consecratur. Ita d. glo.

PAGINA 147. Anno 1226. Asserui Chronicon Elvacense in Conradi Sueui ad annum 1226. obitu falli; non quod negem Conradum de Pfullingen interemptum, nec quod Conradum Portuensem velim esse de Pfullingen; sed quia Elvacensis Monachus audita alicuius Episcopi

circa Coloniam morte, & occubitu purauerit (licet erroneè) eum esse Conradum de Pfullingen.

Quod verò Conradum de Pfullingen intellexerit, satis ipse indicat; deinde quod existimauerit illum Coloniae Episcopum fuisse, arguitur hoc ipso, quod referat ad ann. 1226. à Comite Altenach occisum. Sed quicquid sit, hoc imprimis aduertendum, Conradum de Pfullingen Sueuum, quem Lazius tradit ex Dilingana esse familia, distingui à rado Portuensi Episcopo. Nam hic vixit tempore SANCTI ENGELBERTI, circa annum 1200. ille verò circa annum 1066. De quo

Com. de Au- Vrspergenf. Sigebert. Gemblacenf. Hermann. contract. Schaffen- **B**
gusta Treuer. burg, hæc tradunt, licet in tempore, quo tandem occubuerit, non con-
pag. 77. ueniant: Conradus de Pfullingen, vel vt placet alijs, Cuno Primitius seu Præpositus Colonienf. interuentu Vbiorum Archiepiscopi, à Re-

B. Conradus ge sedem obtinuerat Treuirensis; sed Clero & ciuibus inuitis aut non
Præpositus consultis. Urbem igitur Treuirensis ingressuro Principi nouo sub cie-
Colon. de- puseculū, cum magnis copijs obuiam se Theodericus Comes Treuirensis,
signatus E- effudit, atq; exiguo ipsius comitatu cæso Pontificem abduxit captiuū,
piscopus carnificique tradidit ex altissima rupe præcipitandum; ita vt si ex præci- **C**
Treuerens pitio non læderetur, vir omnino haberetur probus. Cui cum ex trina
Martyr præcipitatione non nisi brachium, vnus occisorum vidisset collisum,
1066. caput illi abscissurus, abscidit maxillam. Ex quo vulnere Kalend. Iunij
efflauit animam sub an. 1062. vt lubet Marian. Scor. vel 1065. vt tradit
appendix ad Herm. contract. vel vt Schaffenburg ad ann. 1066. vel de-
nique vt Sigiberto Gemblacensi & Vrspergenfi placet sub ann. 1067.

Corpus ipsius ex angue folijs syluæ obiectum, inuenit rusticus, qui illud
in proxima villa condidit; Vnde ad Tollegium monasterium à Theo-
Vitã Coradi derico Verdunensi Episcopo translatum miraculis fuit illustratum. Co-
habeo ex msc. mes Treuirensis ab illius morte ductus pœnitentia, Hierosolymam i-
Carthusia uit, vbi & obiit. Reliqui conspirati mala mulctati morte, perierunt. **V-D**
Coloniens. nus enim illorum nihil cibi potuit deglutire, alij duo suas dilaniauerunt manus.

Quãti reli- **PAGINA 148.** Cultellum quidem cœlatoris manus exhibuit præcu-
quã S. EN- tum, qui tamen priori iam caret cuspide; cum hæc à monialibus data sit
GELBERTI Montium Comitissæ, accepto (sue in precium, siue eleemosynã) præ-
fiant apud dio in satrapia Miserloe. Quod ex instrumentis ostēdissem, nisi ea mihi
Illustres ab hæreticis illius loci monialibus fuissent negata. Eadem ratio est cur
posteror. ex historia S. NOSTRI germanicè conscripta, quam ipsæ asseruant, non
possim

possim docere de fonte, qui in loco lutofo, ex quo S. ENGELBERTVS De puteo
 A fuit extractus, dimanauit prodigijs illustris, nunc obstructus, vt habet S. Engelb.
 Catholicorum ætate prouectorum traditio.

PAGINA 151. Plura referuntur bella ab Henrico Limburgensi susce- Cui expe-
 pra contra Godefridos Barbatū eiusq; filiū Louaniensem seu Lotharin- ditioni in-
 giæ Ducem. Et primum quidem ann 1107. sub Henrico V. à quo post terfuerit B.
 parentis sui Henrici IV. Imperatoris obitum, Henricus Limburgensis, Euerhard^o
 quod parum sibi constans ab Imperatoris Henrici V. parēte ad ipsum, Altenanus
 & vicissim ab ipso ad parentem descieuerat, ducatu exutus; eoque Go- primū bel-
 defridus Barbatus Godefridi Louaniensis parens fuit inuestitus. Ideo- lum 1107.
 B que Henricus custodia, cui ab Imperatore erat traditus, per suam indu-
 striam elapsus, armis Ducatum repetiturus, mox Aquisgranum occu-
 pauit, sed Godefridus cum armata illi occurrens manu, urbem rece-
 pit, ac ciuibus ab Henrico violenter abstractis, aliquot Comites & mul-
 tos nobiles abduxit captiuos, quos non prius dimisit, quam ipsi fide-
 liter militaturos iuramento obstrinxissent. Ipse Henricus Limburgensis,
 vix cum filio suo Pagano, & Nepote Henrico fuga euasit. Vxorem eius
 intercipere indignum Dux existimabat: ita Hærcus in annal. Ducum Brabat.
 ex Chron. Mag. Belgij ex Sigeberto ad ann. 1106. 1107. Alterum ann. 1120. sub 2. bellum

C Lothario Imperatore Saxonum Duce (qui Godefridum Louaniensem, 1120.
 quod cum Conrado Sueuorum Duce, contra ipsum conspirasset, Du-
 catu deiecerat) confertum est, vt in quibusdam manuscriptis, bellum cruentissi-
 mum in Diocesi Lodiensi inter Henricum Ducem Limburgensem, & Godefridum
 Brabantie Ducem, eorumque fœderatos, in quo cade hominum edita maxima, Gode-
 frido cæsit victoria. Intersuere autem huic prælio, Adolphus & Gerardus Comites *Euerhardus
 de Altena Germani, Henrici Ducis, castra comitantes, vbi se pugiles fortissimos osten- Nam ita sa-
 derunt. Post quod tempus mox ea, quæ dicta pagina narrata sunt, acci- st: Cisterciēses
 derunt: consentit his alius mscr. in vno tamen mscr. Germanico cōfun- eum vbi que
 ditur hoc prælium cum primo, ideoq; ad ann. 1107. refertur contigisse: appellant.

D Sed quia omnes illud ad Lotharij reijciunt tempus, nō potuit ipsum in-
 cidere in an. 1107. cum primū anno 1125. electus sit Lotharius Impe-
 rator. Deinde quod hic asseritur: à Godefrido sterisse victoriam, haud est ve-
 rosimile; cum tempore Lotharij triumphantis de Cōrado Sueuo, ipsiuf-
 que Asseda Godefrido Barbato, Ducatus Lotharingiæ ipsi Godefrido
 ereptus, cesserit Walramo Henrici Limburgensis Ex-Ducis filio (Vnde
 Stephani Metensis Episcopi diploma Auerbodiēse de ann. 1126. Wal-
 ramum Ducem vocat & Marchionem) quem ducatum ad omnem Lo-

tharij vitam, id est ferè ad finem anni 1137. ipse Henrici filius retinuit, atque possedit, donec tertio Kalend. Anni 1137. extincto Lothario, Cō-
 radus in Imperio successor, iam dictum ducatum à Walramo extortū,
 Godefrido Louanienſi viciffim reſtitueret: *vt tradit D. Miræus in notitia*
 3. bellū 1140. *Ecclef. Belg. in Ducibus inferioris Lotharingia.* Vnde sub ann. 1140. nouum glif-
 cere cœpit bellum inter Henricum, & Godefridum Louanienſem: Nā
 cum à defuncti parentis Godefridi Barbati obitu, filius Godefridus v-
 num annum rexiffet, est cum valida manu profectus contra Henricum
 Ducem Limburgenſem, qui Lotharingiam ingreſſus, latè omnia cædi-
 bus & rapinis fœdabat. Godefridus D. Trudonis oppidum, cuius ciues
 ab Henrico ſtabant, circumſedit, ac omni telorum genere ſæpius expu-
 gnatum poſtremò in deditioem accepit, oppidanis pollicentibus, ne
 grauiora paterentur, ſe imperata facturos; quibus & venia data eſt, &
 mutati renouatique magiſtratus; eiectis Henrici fautoribus & amicis:
 Quin & ciuibus ad arma coactis, Limburgenſem Ducem (qui obiectis
 copijs Godefridi reditum impedire conabatur) in congreſſu proſtiga-
 uit, atque exhaustus victorque in Brabantiam redijt, niſi quod Comes
 Limburgenſis, titulum Ducis & magnam Arduennæ partem retineret.
*Ita Haræus in annal. Ducum Brabant. in Godefrido Barbati filio. Miræus in Annali-
 bus Belgicis ad annum 1140. Adrianus Barlandus in Chronicis Ducum Brabant.*
 Bella vlt- c. 30. Poſterioribus tamen temporibus iterum à Grimbergianis inſtaurata
 riora. & innouata ſunt bella quæ eas tenuerunt Prouiucias, donec Godefri-
 dus III. Godefridi II. filius Barbati Nepos à parentis ſui obitu, pupilla-
 rem egreſſus ætatem, in matrimonium reciperet. Margaretham Henrici
 Limburgenſis filiam, ex qua ſuſtulit duos filios Albertum in Ducatu
 ſucceſſorem Albertum Antiftitem Leodinorum, & filiam vnicam Alei-
 dam Regi Angliæ nuptam. *Ita Albericus, & Berland. c. 33.* Atque ita lis om-
 nis inter nominatos Duces fuit ſopita. Ex his conſtat, primo fratres E-
 uerhardus prælio ann. 1120. interfuit. Deinde prælium ſecundum feliciter Henrico cecidiſſe, cum i-
 pſius filius ducatum Lotharingiæ inferioris eiecto Godefrido obtinue-
 rit. Demum bella verè interceſſiſſe, cum vix quiſquam ſibi perſuaſerit,
 eos ſponte, nec armis coactos exuſaſſe.

Phalandt. PAGINA 154. lit. B. Caſtrum Valentia videtur illud, quod Phalandt
 & Palandt dicitur: Vnde nobiliſſima familia comitum de Culenberg
 ſuam ducit originem.

PAGINA 157. Quæ anno 1263. Vrbanum pontificem confirmariſſe
 dixi-

A diximus, licet eo tempore Engelbertus Falckenburgicus Colonienſem NB. *Colonias*
 teneret cathedram, alteri tamen Engelberto adſcribenda non viden- *habuit tres*
 tur quam SANCTO NOSTRO quod Pontificiæ tabulæ, factam & ibidē *Engelbertos*
 narratam territorij Colonienſis acceſſionem Engelberto ſclicis ſeu *Episcopos.*
 bonæ memoriæ tribuant Falckenburgicus autem integro poſtid tem-
 poris decennio ſuperſtes fuerit.

PAGINA 158. litera D. Dixi Fridericum anno 1226. pœnas dediffe, *Tēpus pu-*
 cui minimè repugnat Trithemius, qui anno 1225. ſumptum de ipſo *niti Fride-*
 ſupplicium docet. Nam ille ex alia æra ſeu ſupputandi ratione progre- *rici Iſen-*
 ditur. Nos vero Romanam obſeruauimus. Quod verò addit, poſt ex- *burgici.*
 ſolutas ſceleratum pœnas ceſſaſſe miracula, intelligendum non om-
 nino ceſſaſſe, ſed non adeo frequentia obtigiſſe.

PAGINA 159. lit. A. Quod monaſterium Canonicorum Regularium Cloſterto- *Cloſterto-*
 propè Rode hæud procul ab Aquifgrano aſſerui, eſt Canonicorum *de.*
 Sprinckerſtbacēſium: Horum etenim Eccleſia B. Gabrieli dedicata eſt,
 vt ipſa Cæſarij verba innuunt. Fateor quidem in Montenſi Ducatu
 eſſe monaſterium Bodingen, quod incolitur à Regularibus Capituli
 Windesheimenſis, ſed eius monaſterium ex ſacello & collegio qua- *Bodingen.*
 tuor ſæcularium preſbyterorum, duobus ſæculis poſt mortem S. EN-
 GELBERTI prius erectum fuit, vt legere licet lib. 1. Chronic. Windef-
 heim, cap. 42.

PAGINA 168. Gerardus de Borne, in literis monaſterij Heinsber- *Gerardus*
 genſis vbique Gerardus de Waſſenberg nuncupatur. Fuit & alius Ge- *de Borne.*
 rardus, huius vel patruus, vel patruus magnus, quem Fridericus I. Im-
 perator in literis ſuis (quibus priuilegia & poſſeſſiones Stabulenſis Ab-
 batix confirmat anno 1152.) inter teſtes laudat Henricus in quiens, de
 Limburg. & frater eius Gerardus. Vide *Miraum in Not. Eccleſ. Belgij pag. 401. &*
402. Quod verò fuerit alius, arguunt ipſi, quibus ambo vixerunt, anni.
 D Nam Gerardus apud Fridericum vixit anno 1152. Alter vero anno 1225.
 quo etiam obiit.

Ibidem Walrami II. Ducis Limburgenſis prima vxor Iutta fuit di- *Iutta vxor*
 cta, ſicut ex literis eiufdem monaſterij ab anno 1261. colligitur. *Walrami*
 Ibidem Walramus III. alijs videtur, anno 1283. obiſſe, ſed intelli- *II.*
 ge ex aliena æra. Nam alias ex literis Adolphi oſtendimus, cum anno *Walrami*
 1282. defunctum pag. 258. Walramus quoque vocatus fuit Henricus, *III. emor-*
tualis ann⁹
Diuus & alij.

Ibidem litera D. NB. Adolphus hic alius eſt ab Adolpho S. ENGEL- *Adolphi de*
 BERTI Monte plures

BERTI fratre licet & ipsius mater nuncupata fuerit Margaretha. Nam S. NOSTRI frater in expeditione cruciatae, obiit anno 1218. alter verò A vixit adhuc sub ann. 1267. Vide pag. 257.

Reliquiæ S. ENGELBERTI Nurenbergam portatae. PAGINA 170. nota, quòd vbi Henricus à Molenarck successor & vindex S. ENGELBERTI sacras reliquias Francofurto Notinbergam ad Henricum Regem asportauerat, plurimi ad vindicandam S. ENGELBERTI necem sese voluntarie obtulerint, tamque numerosa hominum multitudo ad conuentum Principum confluerit, vt gradibus subuersis sex & quinquaginta ex omni hominum genere fuerint extincti. Tres verò & viginti ex nobilioribus à populo oppressi ac domù delati mox animam efflarint: vt attestatur antiquissimum Saxonica Chronicon, & doctissimus vir Ioannes VVilmius, Commissarius in spiritualibus per inferiorem diocesim Coloniensem, cuius historia Archiepiscoporum Colonienfium diligentissime conscripta, vt lucem videat, foret exoptatissimum.

Bredenoie. PAGINA 187. Nota Bredenoie; non est Baldenevv, quia hæc arx ab Adolpho Marcano sub ann. 1226. fuit excitata; ille vero locus iam stetit

Ham. anno 875. Sicut & quidam locus Ham, alius videtur ab vrbe Hammonesi sub ann. 1226. exstructa. Nam in literis VVeliberti Archiepiscopi Colonienf. de an. 875. Ham & Bredenoie haud longè à Kura nominantur.

Mater Friederici Ifenburgici Monasterium Elsen ædificet. PAGINA 189. Infelix Friederici Ifenburgici Mater, accepto filij sui horrendo facinore percussa, Romam ad limina Apostolorum pro expiatione filij profecta, ac domum redux in comitatu Limburgensi ad Lennam fluuium Westphaliæ extruxit in Elsen Monasterium ordinis Præmonstratensis, vbi ipsa Religiosa filij sui ciimen copiosis lachrymarum imbribus irrigatum deplorauit. (Ita me monet, idem Reuerendus vir & Doctissimus annalium Colonienfium necdum editorum Scriptor Ioannes VVilmius Commissarius in spiritualibus per inferiorem Diocesim Colonien. Verum S. ENGELBERTI præforibus solennitas festinantem me in eo ipso nunc ex archiuis ostendendo impediuit) Vxorem Friederici dicit Leuoldus à Northoff eodem anno post homicidium à marito suo perpetratum defunctam.

Differentia Glimbach & Gladbach. PAGINA 194. lit. A. Non Glabbach haud longè Geuelsbergo, sed lectio Glimbach retineatur. Nam prior locus nobilium domicilio caret; & in vetustissimis ante aliquot sæcula scriptis synodalibus parochiarum catalogis Glatabach inscribitur. Noster vero locus Glimbach nobilium sede hic dicitur fuisse celebratus.

PAGINA 199. lit. C. Notationis ad caput quintum libri 3. partem à typographo festinante præteritam hic restituo.

§. FVIS-

§. FVISSE HOMINEM PACIFICVM.

S. ENGEL-

A PACIFICI titulum & cognomentum, S. ENGELBERTO omnino con-
gruiffe palam est ex illis quæ pag. 84 tradidi, & hic maiori quavis exce-
ceptione teste probantur Ioanne scilicet Tuitiensi, & S. Trudonis Mo-
nasteriorum Abbate, S. ENGELBERTI consiliorum conscio [supra pag.
98 lit. C.] quin & S. NOSTER sigillo suo PACIS appreciationem inci-
sam gerebat (supra pag. 11 lit. B.) & Leoldus de Northoff in *mscr. catalo- * alijs quin-*
go Archiepiscoporum Colonienf. necdum edito, author est, eum PACEM VBI-
QUE STABILIVISSE. *Quadragesimus, * inquit, Octauus ENGELBERTVS secundus,*
B maioris Ecclesie Prepositus successit: qui cum Episcopatum prius confusum in bonum
statum restituisset, debita Antecessorum suorum facta per totum Episcopatum vsque
ad 22. millia marcarum collecta persoluit. Fridericus Rex pro Imperiali consecra-
tione Romam proficiscens, procurationem regni Teutonici illi commisit, & filium suum
Henricum adhuc puerum illi commendauit. Tandem PACE VBIQUE STABILI-
TA, à Friderico comite de Isenberg occiditur, & in Ecclesia maiori sepelitur: sedit a n-
nis * X. sub Friderico Imperatore. ** non X. in-*
tegros.

PAGINA 208. In Stemmate Geldrico mentio est Henrici aui mater-
ni S. NOSTRI quem pag. 10 Geldriæ & Zutphanix Comitem nomina-
ui, non quod vtramque simul ditionem, sub suo imperio coerceret, cū
C iuxta pag. 298. singuli Henrici singulos Comitatus obtinuerint. Sed Engelberti
quod fortè more Germanorū auius maternus B. ENGELBERTI titulos
suorum Maiorum coniunctos gesserit, adeo vt Oileius in Stemmate
Geldrico & authores manuscripti ac editi vnum illis temporibus, v-
triusque comitatus Dominum putent constitutum.

PAGINA 210. lit. C. Ab Aquilio hæc de bellua Geldrica afferuntur: Geldrica
Quod tempore Caroli Calui Imperatoris, circa annum Domini 878. Bellua.
versus eum locum, vbi Geldria oppidum est, immane quoddam & ve-
nenosum animal, illisque locis inuisum, sub esculo arbore delituerit,
D miræ magnitudinis, & inauditæ atrocitatis, agros deuastavit, pecora
absumpserit, nec ab hominibus abstinerit, adeo vt vicini rei atrocita-
te perterriti, finibus suis excesserint, suisque omnibus absportatis, sese in
sylvas, ac solitudines abdiderint. Quidam verò Dominus de pont fi-
lios duos habuerit insigni virtute & audacia iuuenes Wichmannum
* & Lupoldum qui partim rebus proprijs consulentes, partim vicino-
rum calamitatibus succurrentes, summa calliditate ac audacia, sub ve-
speram, ex scintillantibus oculorum radijs agnitum, in nomiæ Domi-
ni aggressi, diuque luctati, tandem interfecerint. Accolæ tantâ læticia
inspe-

Henricus

auius ma-

ternus S.

Engelberti

titulos

suorum

Maierum

coniunctos

gesserit,

adeo vt

Oileius in

Stemmate

Geldrico

& authores

manuscripti

ac editi

vnum illis

temporibus,

v-

triusque

comitatus

Dominum

putent

constitutum.

PAGINA 210.

lit. C.

Ab Aquilio

hæc de bellua

Geldrica

afferuntur:

Geldrica

Quod tempore

Caroli Calui

Imperatoris,

circa annum

Domini 878.

Bellua.

versus eum

locum, vbi

Geldria oppidum

insperatam victoriam exceperint, vt totius vicinitatis acclamatione Domino de Pont se subiecerint. Qui haud procul à Mosa ad Ripam A Nersæ in rei memoriam arcem extruxerit, quam Geldre appellavit, eò quod interfecta à suis bestia crebrò GELRE, GELRE ingemisset, tum verò vicini casas erigere cœperint Gelrijque ab arce Gelre ibi condita sint nuncupati. Eadem traduntur & ab alijs Geldricis Scriptoribus. Sed Disceptatio de Gelnum commenta reputantur, & fabulæ; vti & ego cum Reinero Snoi drica bella lib. 6. rerum Bata. figmentum aliquod & ænigma subesse pagina à me lua. allata nuper existimaui. Comperi tamen deinceps ex amico meo, cum quo ea de re sermo incidere, germanum indicium; Ostendebat enim is, ex Geldria & finibus comitatus Teisterbantij oriundum circa annum 970. sub Ottone secundo S. Meinvercum VVichmanni seu VVichardi iam nominati ex filia Athela nepotem, occidisse quendam draconem draconem, in eiusque rei memoriam curasse in tapete pingi draconem interfecit, à se interfectum, quem Monasterio suo Paderbornensi Abdinckhoff donavit. Nam ita author manuscr. in vita Meinverci apud R.P. Brodorsale tapevverum Soc. Iesu cap. 39. ait. Diuertens enim Episcopus Radinheim, quoddam tem interpretdorsale, in cubiculo matris suspensum deijci, & suum pallium suspendi mandavit. & tatur R.P. piè violentus ipsum dorsale occulte caballo impositum, nouo suo monasterio Paderbrunno quantocyus deferri imperavit. Ipsum autem dorsale reliquerat ad perpetuam sui nominis memoriam, pariterque in honorem Balderici Comitis quam * duxerat * que msc. mater eius fieri fecerat, picto in eo ob insigne virtutis ad monumentum posteritatis impressus. QVOD DRACONEM IN LOCO QVODAM INTERFECERAT &c. Neque antiquitatis & rerum à Sanctis gestarum perito insolens videri poterit, integras olim Prouincias infestis draconum incursum fuisse uerfas, cum id ne quidem alijs animantibus potentia ac robore inferioribus denegetur: Nam Plinius lib. 3. cap. 5. auctor est, Amyclas urbem credibile in Italia à serpentibus exterminatam. Idem lib. 8. c. 29. citra Cynamolgos Aethi draconem pes, integram regionem & gentem à scorpionibus & solpugis sublatam: Marcus ijs locis Varro; à cuniculis in Hispania suffossum esse oppidum, à Talpis in Thessal, à Ranis homines & in Gallia ciuitatem pulsam, à Locustis in Africa, è Gyaro Cycladum insula incolas à pecora ad muribus esse fugatos. Alianus lib. 17. cap. 27. & 41. histor. var. prodit ab incur fugam cõsionibus agrestium murium non vnum populum è patrijs sedibus esse eiectum & in fugam compulsam, quod frugibus depastis incola, quo victitarent, non haberent reliquũ. Denique testis est Diodorus lib. 3. Euntibus à Persicis Susis in Mediam, à scorpionum multitudine olim negatum fuisse transitum, donec Rex propositis premijs misisset,

A *ffisset, qui illos interimerent. Unde si imbellibus animalculis provinciarum adscribimus excisionem, eamne poterimus draconibus denegare? qui illis & corporis mole, & virium magnitudine multò antestant. Maximus Tyrius tradit, apud Indos Alexandri tempore fuisse draconem quinque iugerum magnitudinis, cui oves & boues in cibum ministrarentur. Et author est S. Augustinus Tom. 8. in enarrat. Psalmi 148. dracones tanta esse molis, vt maiores illis super terram non inueniantur animantes Strabo quoq; ait, dracones esse prodigi-osa magnitudinis, visos esse 80 & 90 cubitorum 60. reperiri cubitorum author est Philostratus Octavius Augustus, 50 cubitorū draconē Romæ habuit, quē pro comitio, Romano populo ostentare cōsueuerat, ita Petrus Crinitus. quinimo testis est Aelianus Imperatore Alexandro, inter alia apud Indos animalia, inuentum etiam*

B *draconem, Septuaginta cubitos longum, oculis ad modum clypei Macedonicj ingentibus, qui caput ex immuni antro proferens, & horrifico squamarum strepitu & TERRIFICO STRIDORE tantum non exanimarit exercitum Alexandri trans-euntem; quem quia Sacrum in antro quodam Indi existimabant, Alexandrum ora-riunt, ne ipsum muaderet. Sed inquires, magni quidem sunt dracones corpo-ris, sed parui & angusti oris, vt docent Solin: c. 33. Greuin: Pausan: Ni-cand: ideoq; non homines nec pecora possunt deglutire: Respondet quidem Gesnerus dracones veluti Epidaurios ore paruo esse, alios verò Megalau-nas, velut Indicos & Aethiopicos tum Phrygios ore amplo, attractas volucres integras*

C *atq; alia animalia deglutire: de quibus Aëtius & Auicenna ita loquuntur. habent (scilicet dracones de quibus agit) facies citrinas & nigras, & sunt eis ora vehementis amplitudinis, & supercilia cooperiunt oculos eorum, & super colla eorum sunt squama & in omni mandibula sunt tres dentes, siue tres dentium ordi-nes: Et ego, inquit, Auicenna, dico, quod iam vidi, quendam huius generis, super collum illius in latitudine erant pili grossi, verum Solinus cap. 33. agit de dra-conibus Aethiopicis, quos ore esse paruo, non vasto nec amplo scribit. Proinde respondendum est, sicut nec omnes, etiam in vna provinciæ plaga dra-cones eadem magnitudine, ita nec omnes eiusdem oris amplitudine haberi, cum nec hoc in hominibus nec alijs reperire liceat animantibus, draco autem, qui Geldris nocuit, exijs qui vastissimi sunt oris, fuerit ne-cesse est, qui homines, iumenta deglutierit. Plinius lib 9. cap: 58. & So-linus c. 7. Italia Calabria inquit Chelydris frequentissima est, & Boam gignit, quem anguem ad immensam molem ferunt coalescere, captat primo greges bubu-los & qua plurimo lacte rigua bos est, eius se vberibus innectit, suctu eius continuo sa-ginita, longo seculo ita lugubri satietate vltimo extuberatur, vt obsistere eius magni-tudini nulla vis queat, postremo depopulatis animantibus regiones, quas obsederit, ad*

D

Obiectio
contra his-
toriam
Geldricæ
bellæ

Responsio

vastitatem cogit. Deniq; D. Claudio Principe, in loco vbi Vaticanus ager est, in alveo occisa Boæ solidus infans est spectatus. hæc illi. Et quidem sua ætate Plinius hæc contigisse scribit, falso certe haud Scripturus de rebus ante oculos positis, qui innumeros habuisset mendaciorum reprehenses. vide Bozium de Signis ecclesiæ. lib. 15. Signo 7z.

Sed vt mittamus alios, audiamus narrantem Petrum Damiani, qui de quodam agricola testatur, quod Summo mane cum surgeret laboraturus, è labore fessus, enormis magnitudinis draconi, quem lignum aestimabat, insedisset, à quo indignabundo mox fuerit deglutitus: Refert Gesnerus lib. 5. de serpentibus ex Stumphio in chronicis, quod ipso statim initio cum regio Heluetia Tigurina primum purgari cœpit, sædus in ea serpens & horribilis draco re-
 pertus sit supra pagum VVeiler, qui & pecudes simul & homines ita prostrigarit, vt pagus Oesterrveiler, quasi villa deserta diceretur. Ad quem conscium obtulit se Indigena VVinkelriech ob homicidium patratum exulaturus, si in gratiam receptus patria restitueretur: annuitur; Dracone debellato, brachium, quo cruentum comprehenderat gladium, ouans sublime torquet, Sed ecce ex gladio cruor in occisoris corpus destillans, ipsum omnino enecat. Quæ cum ita sint, mirum non est, tempore Wichmanni & Meinweri similem draconem repertum, qui hominibus iumentisque plurimum noceret.

An geldrica bellua
 Vocé potuerit effirmare.

Sed dicet aliquis, se iam dictis quidem assentiri, attamé fabulosá sibi videri belluam Geldricam, quod in clamauerit Gelre, Gelre, id enim videtur fieri non potuisse. Cui vt satisfiat, principio notandum est, à dracone formari sonum aliquem vel vocem saltem confusam, eum non sit animal exangue, nec illi quicquam ad formandam vocem desit. Non etenim desunt pulmones, qui aërem excipiant, non muscoli thoracis, qui aerem compressum protrudant, non arteria, per quam protrudatur aer; non larynx aut epiglottis, cuius oppositu aer protrusus repercutiatur, qui alias sine lingulæ obiectu totus absq; repercussione profiliret, nec denique Vuula, quæ Epiglottidi incumbit, vel sub qua est epiglottis.

Aer igitur, qui à musculis thoracis compressus, è pulmonibus draconum, per arteriam vocalem, in auram externam est deducendus, prius in angusta via arteriæ, ad laryngem epiglottidis oppositu retentus impingit, sicq; ad guttur, ac summam arteriæ partem allisus, propter lingulæ, siue epiglottidis oppositionem, repercussus sonat, vocemque efformat: vt perinde dubitare non liceat, quin ab illis formetur aliqua vox, aut sonus.

Vt

Ut vero intelligatur, qualis ab ijs formetur vox, iterum cum Philo-
A sophis aduertendum est, vocem quidem absolute pendere ab instru-
 mentis iam dictis, at vt hæc vel similis vox effingatur, pendere à lingua,
 palato, dentibus, labris; pro varia igitur horum instrumentorum com-
 positione, variæ & formantur voces, vnde alia est vox auium, alia bo-
 um, alia aliorum animalium Etc. Quin & hominum vox non om-
 nino eadem; iam enim propter dentes rariores stridula etc. De huius
 vero draconis voce videtur sentiendum, quod cum ipsius aer mistus
 aqueo humori, vehementissime protrusus à pulmonibus, per asperam
 arteriam fortissime fuerit repressus ad palatum, fractusque à lingua &
B dentibus non ita continuus, sed raris & compressis, cum sibilo horren-
 do & stridore sonitum ediderit, quem hæc vox SGILR, SGILR, com-
 modissime exprimit. Qua voce ipsos territos haud mireris, cum totus
 Alexandri exercitus ad draconis stridorem & strepitum stupori sit da-
 tus; vti in Pellenæi montis valle a boribus opaca draconis sibilo Chij
 sint perterrefacti. Non obest, quod mugitum incolæ scribantur exce-
 pisse; Nam & ipse quemuis significat sonitum, vt colligere licet ex Pli-
 nio lib 18, c. 85, vbi nemoribus tribuit mugitum, qui certe sine sibilo
 haud vnquam reperitur; ita & hic horrificum cum stridore & sibilo so-
 nitum significat.

C Quæres, quomodo hanc belluam interfecerit S: Meinuercus, varij Quomodo
 enim varijs modis dracones adorti, eos interfecerunt. *Atilius Regulus in Sanctus*
Africa ad Bagradam fluium castris ibidem positus ac machinis admotis draconem Meinuercus
tandem interfecit, cuius exuvia seu pellis 120. pedum longa Petrus Crinitus. Phi-
lippus Rex in monte Armenia, cum intelligeret viam à draconibus obsideri, eos ima-
gine è speculo chalybeo, quod ex aduerso sibi à Socrate collocatum erat, reuerberata
interfeceris delusit, atque ita ex cauernis in speculum incursum missis militibus curauit interi-
mi. Aristoteles de proprietatibus elementorum. Philostratus verò au-
D *thor est, ab Indis pallium, coccineum literis aureis super intextum draconum ca-*
uernis pretendi, quibus verbis intoxicati dracones in pallio indormiscant, dormienti-
bus caput securi auferatur, atque eorum oculis lapilli eruantur, sed hic modus, vtpote
magicus, omnino est prohibitus.

S. Mein-

Alij aliter dracones obruerunt, vt iam supra vidimus. A nostro au-
 tem Sancto Meinuercus non virtute aliqua & industria naturali, sed virtute di-
 diuina illi concessa facultate draconem illum formidabilem puto fu-
 isse internecioni datum, quod ipsum & Ioânes à Leidis lib. II, Chron. mit draco-
 Belg. c. 4. indicat, cum dicit; draconem à filijs de Ponte. **IN NOMINE nem,**

Yy 2

DOMI-

S. Hilarion DOMINI FUISSE EXPUGNATVM. Ita olim à S. Hilarione, vt testis est S. Hieronymus in vita S. Hilarionis ad Epidaurium Dalmatia oppidum draco inter-
 quomodo emptus, qui omnem latè vastabat prouinciam, & non solum armenta, & pecudes, sed
 draconem Agricolas & pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat. Iussus hic ab Hilarione struē
 intereme- lignorum conscendere, conscendit ac igne supposito in conspectu totius plebis conflagra-
 rit. uit. Ita & à Sancto Donato Eura in Epiro Antistite, vt author est Nicephorus

S. Donatus lib. 12. cap. 45 draco ad X. μγ. ἐπορ. dictum locum excubans, atque armenta,
 quomodo pecudes, homines, deuorans, digitis formato crucis signo, & salua patenti rictui inie-
 draconē in cta fuit interfectus. Tanta hic fertur fuisse molis, vt octo bouum iugis, vix loco potuerit
 terfecerit. moueri, protractus tamen, igni ab incolis fuerit combustus, ne aerem inficeret: Ra-
 derus in Bauaria sancta author est, Campiduni inspectante Tossone

magnitudo S. Magni reliquijs Sanctorum à collo suspensis sese munientis, & pedo
 draconis. S. Galli percussum exanimem concidisse, perinde ac si fulmine ictus
 perijisset. Alterum quoque in villa Rolsheupten ad Lycum fluuium S.
 Magno occurrentem, formato ab ipso crucis signo, iniecta que faucibus
 draconis refina & pice conflagrasse.

Draco ope Alius ad B. Maria semper Virginis deprecationem perijt. Nam in praalta insula
 B. M. V. in- Tauricae rupe, vnde castrum ex lignis & argilla constructum ciuitati Kirckell in-
 teremptus. ter Mæotidas paludes excitata impendebat, draco homines & iumenta interneccabat:
 Quare incola cum Græci tum Itali ad vicina profugi loca gloriosæ Dei Virginis C
 Matris Mariæ opē implorauerunt, aduerteruntque insequentibus temporibus lumen
 aliquod in media ardere rupe, qua in ascensu rupta atque incisa, lumen, quod coram
 sacratissima Virginis Maria imagine ardebat, attigere, ac draconem ad B. Virginis
 pedes humi prostratum ac medium ruptum inuenere. Nouus orbis lib. de Sar-
 matia Africana.

Vbi inter- Porro quo in loco occisus sit draco satis innunt autiores, dum
 fecta sit eum iuxta Geldriam arcem & urbem tradunt interneccam. Quod verò
 Geldrica huic arci illa draconis vox nomen indiderit primum, potuit esse, vel D
 bellua. certè arci ædificatæ ex memorando illo draconis sono nouum nomen
 videtur accessisse, vt alibi factitatum obseruant Historici. Duo tamen
 hic sunt notandi errores. Alter est, quòd dicatur tempore Caroli Calui

Ostèditur id contigisse, cum Meinwercus non eo vixerit tempore: Imò vix vi-
 prior de tē- detur Vichmannus S. Meinverci Amis, illius Imperatoris annos at-
 pore occisi- tigisse. Existimo autem authores in Caroli nomine deceptos, Caro-
 draconis lum intellexisse Caluum, cum esset Carolus ex Ludouici Lotharingiæ
 error, vn- Ducis vidua filius, ac Lotharij Francorum Regis frater, qui circa illa flo-
 de aliqui ruit

A ruit tempora. Nam anno 990. dum Ludovico Francorum Rege stir- occasione
 pis Carolinæ ultimo sine liberis sub annum 987. defuncto, regnum si- arripuerūt
 bi ex paterna & auita possessione debitum, quod Hugo Capetus Pa- explodēdi
 risiensis Comes inuaserat, armis repeteret, per fraudem fuit à Capeto hanc ipsam
 interceptus, atque Aurelia ad Ligerim in carcere sub ann. 991. fatis cō- historiam.
 cessit, vt tradit D. Miræus in notatio. Eccl. Belg. p. 257.

Alter error est, quod Lupoldum, quem Ludolphum nuncupare de- Deregitur
 bebant, VVichmanni fratrem asserant, cum VVichmannus anno vix- alter error
 rit 960. vt facile constat ex literis Ottonis primi intra afferendis, Lu- in Perfo-
 B dolphus verò, qui Comes fuit Zutphaniæ, floruerit circa ann. 1000. vt narū circū-
 supra traditur pag 304. si ipsa inagatur cum pagina 303. Deinde Lu- stantia.
 dolphus filius est Ezzonis, & nepos Hermannii Palatini, vt ibidē dictū
 est. Nō autē VVichmānus Ezzonis est filius. Quod vero per Ludolphū
 authores intelligant Lupoldum, inde constat, quia erroneē eisdē con-
 stituūt Tutores Geldriæ & Zutphaniæ: Ludolphus autem Comes fuit
 Zutphaniæ, non Geldriæ. Cum hæ duæ prouinciæ Dominijs pro eo
 tempore differrent. Posterioribus tamen annis per connubia mutua
 fuerunt inuicem connexa, vt; ex literis Adelboldi constat. Deni-
 C que nota VVichmannum iam anno 960. Comitem fuisse vt proinde
 erronee tutortantum asseratur. Superest, vt ostendam S. Meinver- S. Mein-
 cum ex Dominis de Pont & Geldriæ prodijisse, quod supra me hic de- were? fuit
 monstraturum receperam. Sanè S. Meinverci mater Athela non ex Gelder
 Regio Imperij nostri sanguine, vt supra placebat ex coniectura qua- quia Wich-
 dam R. P. Brovvero, sed ex VVichmanno, de quo iam supra, descendit. māni filius.
 Nam ex manuscript. Sancti Meinverci vita apud P. Brovverum
 constat, ipsius matrem appellari Athelam, quæ primo, nupta I-
 mado parenti, deinde Balderico Cliuiæ Comiti Meinverci vitrico, vt
 ex eadem vita palam est. Hæc autem Adela filia fuit VVichmanni, vt
 D probant expresse Ottonis literæ de nobilis monasterij S. Viti in monte
 Eltinenfi iuxta Embriam fundatione datæ. Ideoque eas hic subijcio,
 quibus priores dedit Otto I. literas de anno 968 indict. XI ann. eius re-
 gni XXIII Imperij vero VII. sed quia infra reperuntur, hic eas omit-
 to. Posteriores sunt hæ.

PRIVILEGIUM PRIMVM.

IN Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rom.
 Imp. Notum esse volumus, quod pro animæ suæ remedio VVICHMANNVS CO-

Yy 3

MES

MES in Domino fidelis, Nostra Imperiali Maieſtati supplicauit per noſtri precepi paginam ad Eccleſiam in honorem Saluatoris & S. Viti Martyris conſecratam in Monte, qui dicitur Alrena conſtructam & Sanctimonialibus in eodem loco deuote famulantibus concedere atque donare dignaremur. Cuius petitioni propter diuinum amorem aſſenſum prabendo ad Eccleſiam Saluatoris & S. Viti Martyris in prædicto Monte Altinenſi conſtructam & ſanctimonialibus in eodem loco Deo famulantibus ipſam hereditatem, quam VVICHMANNVS COMES ipſis donauit, per paginam noſtri precepti concedimus atque donamus, id eſt, Curtim Helton & Fornen & Vorrithuſen, & Embrica, & Hamma, & Lymersche, & Reinharen, & Redinghen, & Bingart & Greſe, & Hoſſla, Thunne, Liendna, Leyla, Tornas, Thule, Monacheli, ET QUÆCUNQVE HIS QUATVOR COMITATIBVS ſcil. Herueſte, Famelgo, Morime, (Mirme) Middage, prædictus COMES VVICHMANNVS habere videbatur, ſiue à nobis illi datum fuiſſet, & omnia qua prædictis pertinere videntur curtibus, cum Eccleſiis, edificijs, mancipijs, terris cultis & incultis agris, campis, paſcujs, pratis, ſyluis, aquis, aquarum decurſibus, Molendinis, molendinorū, locis, piſcationibus, venationibus queſtis & inquirendis, vijs & inuijs, exitibus & re ditibus, mobilibus & immobilibus rebus, omnibusq; pertinentijs & adiacentijs, qua dici vel nominari poſſunt, iure legitimeque pertinentibus. Vt iam prædiximus, ad præſatam Eccleſiam Saluatoris & S. Viti Martyris in prædicto Monte Altinenſi edificatam, & Sanctimonialibus in eodem loco Deo deuotiſſime famulantibus, quatenus melius illas delectat, omni tempore pro nobis, atque ſtabilitate regni noſtri miſericordiam Domini attentius exorare, & vt hac authoritas conſeſſionis noſtra atque donationis firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus S. Dei Eccleſiæ Noſtrisq; præſentibus & futuris verius credatur, manu propria ſubſcripta, ea firmauimus & annuli noſtri impreſſione firmari iuſimus. Signum Domini Ottonis Magni & inuictiſſimi Imp. Aug. Zigerus Cancellarius ad Vicem Roberti Episcopi Archicancellarij recognoui & ſubſcripſi. Datum 3. Non Aug. Anno Dominice Incarnationis D. CCCC. LXX. Ind. 13. Anno regni ſereniſſimi Regis Ottonis 35. Imperij vero 9. Actum in Apulia in ciuitate qua dicitur Bunj. In nomine Domini Ieſu Chriſti Amen.

PRIVILEGIUM OTTONIS II. IMP. DE ELTEN.

Eltenenſis Eccleſiæ. **I**N Nomine Sanctæ & Indiuidue Trinitatis Amen. Ottodiuiua ſauente clementia Rom. Imp. Aug. ſi loca vel Monasteria à religioſis perſonis & Deo dicatis conſtructa noſtra imperiali authoritate corroborare conamur, hoc procul dubio & ad præſentis Noſtri Regni ſtatum, & ad æterna beatitudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnibus in Chriſto fidelibus noſtris tam præſentibus quam futuris notum facimus; qualiter VVICHMANNVS COMES CVM EIVS FILIA

A LIA LVITGARDA Venerabili Abbatiſſa, Eccleſia ſcilicet in honorem S. Viti Mar- Luitgarda
 tyris Chriſti conſtructa in loco, qui dicitur Elnon, quondam piſi genitoris noſtri, in Abbatiſſa
 noſtram actualem præſentiam ſcripta, in quibus continobatur, quomodo prædictam Eltinenſis.
 Eccleſiam ex eius beneuola conceſſione conſtruxiſſet, & prædio ad id, quod eius gratia
 de ſuo ſibi conceſſiſſet, præcatusq; eſt manſuetudinem noſtram, vt eidem Eccleſia ſcripto
 noſtro hoc confirmaremus, eamque ſub Mondeburnij noſtri deſenſione ſuſciperemus.
 Nos vero ob amorem Dei & remedium anime piſi genitoris noſtri, caterorumque no-
 ſtrorum antecellorum, necnon & pro noſtro mercedis augmento paternos mores ſe-
 quentes & benignitati eius conſentientes, ita factum decreuimus, ſuſcepimus eã in eo
B tenore ſub Mondiburnio Noſtro, quo etiã cetera monſteria Quiddeſlingenburg, Eſſenda, Quidlen-
 videlicet & Gandersheim, ita vt Dei ancilla inibi ſeruitentes cum conſenſu Traiecten- burg,
 ſis Eccleſia Epifcopi, eligendi inter ſe Abbatiſſam, poteſtatem habeant, conceſimus. Ad Eſſendia
 hoc ergo iubemus, vt nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciali poteſtate in Eccle- Ganders-
 ſias aut loca vel agris ſeu reliquas poſſeſſiones iam dicta Eccleſia, quas nunc infra di- heim.
 tionem regni noſtri legibus poſidet, vel deinceps in iura diuina eius clementia voluerit
 augeri, ad cauſas iudicario n. odo audiendas vel feuda exigenda, manſiones vel prata
 faciendã aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſia contra rationem diſtin-
 guendos nec vllas redhibitiones vel iniuſtatas occaſiones requirendas vllò vnquam
 tempore ingredi audeat, aut ea, qua ſupra mentionata ſunt, penitus exigere præſumat.
C Niſi Aduocatus, quem ipſa Abbatiſſa elegerit, ad vtilitatem eius & conſororum ibi
 Deo, S. Vito Martyri Chriſti, famulantium. Quicquid vero fiſcus noſter exinde ſepa-
 rare potuerit, aut Telonij de piſcatione in pago Saon & fluuio Isla, quod vulgari no-
 mine Habeldol dicitur, totum nos pro aterna remuneratione prædicta Eccleſia ad ſti-
 pendia Monialium Deo Sanctoque Vito donamus, conceſimus, & largiti ſumus. Et
 ipſa Abbatiſſa cum omnibus rebus ſuis noſtro fideliter pareat imperio, & ſub noſtro
 conſiſtat Mondiburnio & deſenſione, quatenus ipſam ſororesque eiusdem loci pro nobis
 melius exorare delectet. Et hæc vt noſtra conceſſionis authoritas plenior in Dei no-
 mine obtineat firmitatem, & à S. Dei Eccleſia fidelibus Noſtris melius credatur &
D diligenter obſeruetur, hæc præſens præceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione
 ſignari iuſſimus, quam & propria manu conſirmauimus. Signum Domini Ottonis
 Imp. Auguſt. VViligiſus Cancellarius ad vicem Ruperti Archicancellarij recognouit.
 Datum 19. Kalend. Ianuar. Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXX. In-
 dict. 9. Ann. regni 20. Imperij verd 12. Actũ Nouiomagi. NB. Qui numerus inter de-
 ſcribendum fuerat corruptus. In anno enim Domini vnum X. ſcriptor neglexerat, in
 Indictione IX. pro II. legerat, ſicut in anno Regni XVV. pro XIII. Reſtitui autem eum
 ex anno Imperij habita ratione temporis, quo VViligiſus & Imperator vixerunt. Ne-
 que ideo quis eas literas exiſtinet ſuppoſitias, cum ad eas Otto III. ſe referat.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Otto diuina scientia clemen-
tia Roman. Imper. Aug. si loca vel Monasteria à Religiosis personis & Deo dicatis
constructa, nostra imperiali autoritate corroborare conamur, hoc procul dubio & ad
presentis Nostri Regni statum & ad æterna beatitudinis profuturam nobis fore credi-
mus. Quapropter omnibus in Christo fidelibus nostris scil. presentibus & futuris no-
tum esse volumus, quomodo temporibus aui nostri p. m. Domini Ottonis Imp. Aug.
WICHMANNVS COMES p. anime sue remedio suorumq; parentum in quodã
loco Altenis dicto Monasterium & Sanctimonialium cõgregationem in honorem Do-
mini nostri Iesu Christi & S. Viti Martyris ampl. scientia benignitatis conamine con-
struxit, necnon magnam certam proprietatis suæ partem, cuius nomina infra tenentur,
simul & beneficij idem dilectus Aui noster primum ei concessit in beneficium, postea
pro seruitute sedula sibi donauit in proprium, & ad ipsum licenter contradidit Mona-
sterium, suamq; ipsius filiam nomine LVTGARDEM, ceteris monialibus præconsti-
tuit Abbatissam; succedente vero tempore, cum idem V. Wichmannus Comes, semel ad
Vesperam noctis inclinasset, penitusq; natura concessisset, altera sua procuratoris si-
lia nomine ADELA quandam hereditatis iam tradita partem exposcens, dicens,
quod pater eius secundum Saxoniam legem, absque eius consensu & licentia nullam
potuisset facere traditionem, totam patris sui donationem produxit in errorem. Huius
itaque seditionis perturbatio vsque ad tempora dilecti patris nostri perdurabat. Ipseq;
noster caritatiuus pater, eandem contentionis cladem extinguere pro viribus insuda-
bat, & hoc quoad ipse vitam finiuit, minime ad vnguem vsque perduxit; exacto au-
tem longi temporis interuallo, cum eiusdem monasterij Abbatissa prædiculati viri
V. Wichmanni filia, vniuersa carnis viam tunc intraret, aliaque in ipsius locum Im-
perialis nostre potestatis iure accederet, in palatio nostro, quod dicitur Nouiomago
nostrum iussimus fieri colloquium, ibiq; saltem huiusmodi seditionis fecimus finem.
BALDERICVS ENIM PRÆDICTÆ MARITVS ADELÆ pro nostra vo-
luntate, exhortatione simul & petitione id ipsum Monasterium sua propria, suaque
coniugis manu in nostrum contradidit Mundiburdium, & sicut mos est Laicorum,
cum festuca semel ab eodem exiuit pradio, ea ratione, vti nos nostro Regali Imperio, ac
descriptionis præcepto, tale libertatis arbitrium, eidem Monasterio perpetualiter con-
donaremus, qualiter ceteras Monialium cõgregationes sc. Affindia, Quindelingē-
berg, Gãdersheim habere cognouimus, insuper Baldericus, omnia eiusdem monasterij
pradia, quæ prior Abbatissa duntaxat in sua habuit potestate, & inuestiturã ad reli-
quias S. Viti in presentia nostri, Nostrorumq; plurimorum fidelium concessit, radi-
tusque contradidit, quorum nomina hæc sunt inscripta. Melnon*, Furnon, Vorichu-
sen, cum omnibus vtilitatibus ad ea loca iuste acrite pertinentibus, Embrica media
pars

* Elen.

pars aque diuisa, in Hamme media pars, Arnhem media pars, Redingen media pars,
A Aspel, Tornicka media pars, Herueldt diuidia pars, Lyende dimidia pars, Thule dimi-
 dia pars Malime * dimidia pars, Brummen dimidia pars Oelbergh, media pars, * Malsme.
 Rahte dimidia pars, Huinge dimidia pars, Thelden dimidia pars, Trijendem media
 pars, Palte in loco cōstruitur, * dimidia pars. Adhac quatuor foresta Steenvvalt, in Of * forte quo
 fet * VVichmoet & Subort. In his quatuor forestis ceruū vel ceruā venandi nullus ha- * al. Vvichei.
 beat licentiam, nisi verbo & consensu Abbatisse, & si ceruus vel cerua effugiat de his
 forestis, eos in alias sylvas sequi sit licentia Abbatisse nunc, & in foresto in quo est
 Eltica constructa, singulis annis inter ceruos & ceruas XII. fera tribuatur Abbatisse. Ut
 autem huius donationis veritas firma & inconuulsa permaneat, posterior Abbatisse
 nomine LVDGARDA pralibata ADELÆ Maritate quatuor curtes nomine Ryn-
B hare, Helhambelt, Lurhusen, Rede cum omnibus Vtensilibus & ad ea pertinentibus,
 in proprium tradēdo, * ad ea recompensauit, quatenus post hac, sicut praximus pacis * trahendo,
 amicitia pignus eō permaneat tenacius. Hanc igitur idē BALDERICVS in traditio-
 nis grata & in fronte recepit, nec non de fidelium nostrorū sc. VVilgisi Archiepis Hil-
 debaldi Episc. & Heggeberti Marchionis ceterorumque multorum fidelium consilio, Ebersus
 sicut idem Baldericus donando postulauit, eidem monasterio potestatiue concessimus, Marchio.
 ut amodo sicut cetera monasteria Supradicta libere * perenniter perfruantur arbi- * libero.
 trario. Præter hac quicquid prædij Diuus Imp. semper Aug. VVichmanno in proprium
 donauit, præcipue, quæ dicuntur in Nardincklant, Vrick * Barbuorgt, Ot VVines, præ * forte Vnck.
C dia insuper in Frisonibus, quicquid Abbatisse in quatuor Comitibus Videlicet Hu- supra vocā-
 nesco, Fualge, Merime, Micheta tributū à Magnificentia aui nostri recepisset, nos tur Herueste,
 nostræ descriptionis præcepto ad vtilitatem Abbatisse & sororum ibidem Deo & S. Famelgo,
 Vito famulantium largimur & concedimus in omnibus vtilitatibus suprad. sicut & Morime,
 in ista proprietate Circus, edificijs, terrisque cultis & incultis, apris, campis, pas- Middage.
 cuius, syluis, piscationibus, molendinis Ecclesijs *, viis & inuis exitibus quasitis & * for. Ecclesia.
 inquirendis, cunctisq; appenditijs, quæ dici possunt, nec non fiscum & Telonium de pis- Heru. ste
 catione in pago Salon, & in flumine Ista, qui vulgari nomine Hachdol † dicitur & est ad Lippā
 quod dilectus genitor noster eidem monasterio concessit, eodem modo pro paterna fluv. laud p-
 remuneratione nos contradimus, & nos adhuc volumus nostroque imperiali præcep- cul Dorjena.
D to cunctis nostris in Chr. sto fidelibus firmiter iubemus, ut in eodem monasterio vel Loca per A-
 locis ad id pertinentibus nullus Dux, Comes, vel vice Comes, nullus Marchio vel quili- manensem
 bet scholdatio vel alia iudicaria p. rsona vllam habeat placitum, nec parasfredos nec sūt corrupta,
 pratas faciendas, nec aliquod exigatur seruire seruitium prius quam eiusdem Abba- sicut inf. a &
 risse seruus in cuiuscunq; comitatu habitet, alterius comitis non eat placitum, sed vox Vviro-
 ad eius solummodo, quemcunque Abbatisse sibimes eligere velit Aduocatum Cæte- chus & c.
 rum pro anima nostra expiaculo eidem largiti sumus monasterio, ut post hac p. rpr. † al. Hags-
 rualiter cum eiusdem monasterij Abbatisse morbo consumpta moriatur, sanctin onia- Toll.
 les inter se vnam, quamcunque velint simul cum consensu Traiectensis Episcopi, in

Monasterii huius ut monasterij status ab aduersariorum omnium incursione maneat intactus, sicut A
 Elten **WICHMANNVS** Comes instituit, de eodem monasterio ad limina S. Petri Principis Apo-
 penli: stolorum Romani argenti totannis libra deferetur. Postremo ipsa Ven. Abbatissa cum omnibus
 Rom. rebus suis nostro semper pareat imperio, & sub nostro consistat Mondiburnio, quatenus ipsam
 Pōtifi- fororesque eius iugiter pro nobis exorare melius delectet. Et ut hac nostra concessionis auctoritas
 ci quo maneat firma &c. Signū Domini Ottonis magni Imper. Aug. Hildebaldus Episcop. Cancellat-
 annis ruis Vice VVilligisi Archiep resignauit. Datum 15. Kalend. Iun. Anno Domini Incarnationis
 argēti 997. *Indict 10. An. autē 3. Ottonis regnātis 14. *Imperij vero 1. Datū in Palatio Nouiomagi.
 libra.

Ex his literis palam est, non ab Athela S. Meinwerici sorore, (vt Chron.
 *996 Magn. volebat & Gobelinus ætat. 6.) sed ab ipsius matertera Luthgarda primò
 *13. Monasterium Eltense fuisse institutum. Sed his omissis, vt S. Meinwerici a-
 uum parentesque cum cognatis clariùs ob oculos ponam, subijcio tabulam
 genealogicam desumptam ex VVippone, Henrici III. Imper. facellano, vita
 B. Adelheidis à Berta, quæ circa ann. 1100. vixit, conscripta, & ex mscr. S. Mein-
 vverci apud P. Brovver. tum ex Albert. Stad VVitichin. Dühmar. Vrsberg. quibus
 Frising. Herman. Contract. Schafnaburg. Sigebert &c. consentiant.

Pro tabulæ huius intelligentia. NB. ¶

N. 1. Godefridus in vita B. Adelheidis nō dicitur Dux Brabācie, put male illi imponit Schriur.
 in Chron. Geldr. Nā ille de quo nos, vixit circa an. 950. iste vero Brabātus circa 1096. Deinde
 nec fuit Godefridus Arduennas, qui vixit circa annum 966. Nā hic ex Mathilde Saxonia Co-
 mite procreauit. Alberonē Viridunensem Episcopū, Fredericū Comitem S. Vitonij Monachū, Her-
 mannū Comitem de Daburg (cuius filius fuit Gregorius Leodiensis Archidiaconus) Godefri-
 dū Viridunensem, qui ab Henr Imp. Dux Mosellanus fuit constitutus, ac postē in bello Italico si-
 ne liberis fuit extinctus, & Gozelonē, Ita Chron. Magnum Belgij, & ex Alberico Miræus in no-
 tit. Eccl. Belg. tradit. Qui liberi sunt diversi ab allatis in vita B. Adelheidis. Fuit vero Go-
 defridus Dux Franconia, cum ab ipsius filijs Franconia nobiles perhibeantur descendere.

N. 2. Ottonem facio Godefridi filium, quem P. Brunner in annal. Boic. par. 2. Miræus in
 not. Eccles. Belgij Ludolfi designant filiū, & Ottonis M. nepotē. Hermannus quidem Contractus
 cum alijs nominat Ottonem filium Ludolfi. Verum non is est, de quo nos hic. Nam Godefridus
 atauus fuit Henrici IV. cum Godefridi filius à Berta in vita B. Adelheidis, dicitur abauus (ita e-
 nim legēdum existimo & nō atauus, cū id ratio tēporis nō ferat, & vicio amanuēsis irreperit)
 Hērici IV. Abauus autē Hērici IV. vt cōstat ex VVippone, fuit Otto, nō Conradus VVormaticen-
 sis Dux, VVernerii filius, vt erroneè vult Meibom. in not. ad VVitichin. annal. li. 1. cum VVip-
 poni, (q. Hērici IV. tū parētī Hērico III. tū auo Cōrado fuit à sacris) haud quaquā latere potue-
 rit. Vt sit. Certè Godefridus nō atauus matern⁹ videtur. Cum neq. Hēricus ex materna linea
 ducis Frāconia titulū obtinuerit, neq. Godefridus per filias, sed filios (vt constat ex filij fratribus,
 qui Nobiliū Franconia profeminatores scribuntur) Frāconia titulum ad posteros transmiserit.
 unde consequens est, Ottonem debere esse Godefridi Ducis Franconia filium.

N. 3.

N. Vxor Matridis postea Abbatis
rissa Herward msc.

Vichmannus sub Orone I. Fund.
Elmensis. ann. 968. vxor N.

Godefridus Dux Francie
Vxor N.

Theodericus C. de Aldeborc. (Go-
bel) in occidentali (msc. vir. Mech nobili Vrichmā-
tilis) regione; de Ringelheim ni facti et S. mado ex
(Gratz) Saxonū Rex (Sigeb.) Heriberti mlti, quibus
vxor Remūda (Duh. li. 1.) Danorū
Frisonūq; Regis filia mser.

Adelmann-
prie I. I. da I. Ab-
S. Magregor
Gerburga
nupta S.
Magengor.

Gerburga
nupta S.
Magengor.

Orto Dux Francie Teutonice
Abauus Henrici Imp. Vxor N.
Bruno Ep. Angul.
Hermannus Dux
Alemānie, vxor
Kerbergia filia
Conradi R.
Burgundie.

E. Carolor.
sanguine NN.
Hermannus Dux
Alemānie, vxor
Kerbergia filia
Conradi R.
Burgundie.

Imadus fundator
Monast. riy Ringel-
heim, cōditū cognō
mine filii arcē Im-
modhusū nunc
Imshusē, que parci
D. Stembergis &
in oriente respicit
Ganderheim, in
meride Embeam
Duc. Gubernhag.
in septentrione Al-
derfite Aulicam seu
Elz quondā Episc-
coporū Hildesensiu
sedem. Moib ex lit.
fudationū in VVie.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Imadus
Episcopus
Paderb.

Henricus III Imp. Rex factus ann. XI. et cepit imperare ann. 1039. Mortuus
an. 1057. Vxor 1. Chunchindis F. Cnuttonis vel Chnuttonis R. Anglia, ex qua N.
Abbatiss. Vxor 2. Agnes V Vihclm Ducis Aquit filia.

Herr. IV. Imp. vxor Berta Oronis Marchionis Italici & Adelheidis filia, 2. Vxor Marichionis
vidua, nomine Odonis Stad. vel S. Præceda V von lib. 4.

N. 3. Megingozum faciunt oēs mscr. & editi libri VVichmanni filiū; At à Dithmars lib. 7. dicitur VVichmāno occiso fuisse filius adhuc paruulus sub tutela legitima Bernar- A di Ducis Dithmari nepotis. At Mengozus iam tunc non puer, sed prouecta atatis genuerat copiosam plē. Erroneè quoq; à plerisq; VViringus siue VVirochus asseritur Megingōzi filius, cū vnicus ipsius filius auo Materno cognominis Godefridus fuerit appellatus; Neq; ex sorore filius seu nepos fuit VViringus, cū inter Adela aut Emma liberos à mscr. S. Meinvv. nō numeretur. Quis vero ipsius fuerit parens, necdum inueni. Fuit eo nomine, filius Euerardi Comitis (q̄ anno 937. fundauit Abbatia Ciseniensem Canonicoꝝ regulariū in diocesi Tornacēsi) & Gisle matris, q̄ 3. habuit fratres Berengarium, Adalardum, Rodulphū; sorores Ingeltrud. Heilvich, Iudit &c sed nō noster, de quo hic agimus, cū locis omnino dissitis, & tēpore diuerso vterq; vixerit; ille. n. an. 938. Noster vero an. 1021. B &c. vt constat ex literis supra allatis, si ea cōferantur cū literis Euerardi apud Miræum.

N. 4. Irmentrudis videtur nupta Godefrido Palatino, cum ipsius gener nuncupetur VVelfus in Chron. Laurūham. VVelfo autem vxorem tribuo N. sororem Adalberonis Episcopi Metensis, cum hic dicatur auunculus VVelfi iunioris apud Hermann. contract. anno 1047. Alij VVelfos aliunde deriuant. Verum plures dantur VVelfi, quos non videntur authores distinguere.

N. 5. Imadus Adela cōiux, Imadi est filius, vt tradit Meibom. in not. ad VVitich, Imado parēti fratres fuere VVitikind, Reginbern. An verò Theodericus pater Mechtildis fuerit frater Imadi senioris dubium est. Ait ex Gobel. chron. M. Belg. Negant Crantz. 2. Metrop. 30. Meibom. in lib. 1. VVitichin. quia dicunt Theodericum Imadi senioris esse pa- C rentem. Dubium oritur ex his verbis VVitich annal. lib. 1. Erat namque ipsa domina Mathildis filia (Thiaderici, cuius) fratres erāt, W idikind, Immod, † Reginbern, * &c. Et hi erant stirpis magni ducis Widekindi, qui bellum potens gessit contra magnum Carolam per triginta seꝛe annos. Male igitur P. Brovverus † sororem Theoderici asserit Mathildem, cum hac illius sit filia.

† Vniuedus,
Gobel. Vin-
nedus Chron.
M. Belg.
* Rembertus.
† in mscr.
Meinvv.

N. 6. Adela, qua Ida nuncupatur ab edituo Tuitiensi, erroneè dicitur à P. Brov. soror Hērici Aucupis, cum Henricus non sit filius W ichmanni, sed Ottonis Ducis Saxonie, & nepos Ludolfi Deinde nec Adela est neptis Henrici Aucupis; Nam neq; W ichmannus ipse Adela parens ex filio est Henrici Aucupis, qui sunt Otto M. Henricus Dux Bauariæ, Bruno, Tanctmarus, * W itichin, Dithmar. Albert. Miræus. Neque W ichmanni vxor, Adela mater, filia est Henrici Aucupis. Cum nec sit Hadeuidis nupta Hugoni Capeto; nec Gerberga nupta Giselberto Lotharie duci & Francia Regi; Nec Rixa, quam addit Crantz. vel ostendatur de hac; nec qua nupta Conrado. Dithm.

* Tammo.

N. 7. Emmam desognau filiam Adela ex Adam. Brem. & Alber. Stad. vocāt enim eā sororē Meinvverci Episc. Paderbornens. ad an. 1042. Emma filiū dico Imadū Episcopum Paderbornens. Nam in mscr. Meinvverci apud P. Brov. c. 52. nuncupatur Meinvverci sororius, id est, ex sorore filius, Nam Imadus Episcopus non duxit S. Meinvverci sororem in vxorem.

N. 8. S. Henrici Imperatoris mater est, non Berta Lotharing vt vult Cuffinian. sed
A Gifela vt Dithm. li. 4. non illa tamen Hermanni Ducis Alemanni filia, vt volunt Laz.
 Reusn. Mira. (quia ipsa primò nupsit Ernesto Duci Sueuorum, deinde Conrado Romano-
 rum regi, Dithm. Wippo;) sed Imadi & Adela filia, quam appellat mscr. Brovv. in S.
 Meinverco, Glismod, iū q̄a hac ibid. dicitur nupta Boaria Duci, & neptis B. Adelheidis.
 Hac n. ipsius Glismod & Meinverci amita filia fuit; tum quia Imperator Henricus S.
 Meinverci fuit nepos, id est, ex sorore filius; licet improprie mscr. S. Meinvercum vocet
 S. Henrici nepotē. Hinc S. Henricus ex matre Saxo fuit, qualis etiā est ex patre, cū cum
 Otto III. in literis suis de an. 985. (quibus Theoderico Hollandia comiti, q̄ duxisset ma-
 tertera suā Luitgardim, proprietatē honorū inter flumina Lirra & Hista cōcedit) nun-
B cupat nepotem. Ait enim, nec non interuentu NEPOTIS NOSTRI HENRICI BA-
 VARORVM DVCIS &c. Nepos autem non fuit ex sorore, sed aui fratre, vt testantur
 Herm. contract. Sigeb. Frising.

N. 9. Theodericus Emma & Meinverci frater, non est Theodericus de Pöt ex fami-
 lia Ecclesie Leodiensis, cuius meminit Obert. Leodiens. Episcop. in literis, quibus se anno
 1096. a Balduino Comite Montensi siue Hannoniensi, in Syriam profecturo emisse Co-
 uinum castrum testatur; cū eo tempore non superesset Meinverci frater, ante, instinctu
 matris in Vplage occisus. mscr. Brovv.

N. 10. Wichmannus auus Meinverci non est is, qui noui castri Gandensis ab Otto-
 ne I. extructi Comes, dedit villam Theclā monasterio Blandini. sub ann. 902. quia hic,
C non vero noster VVichmannus filium habuit Theodericum, vt eadem testantur lite-
 ra. Deinde nec est VVichmannus Saxo frater Hermanni Billingen primi trans Al-
 bina prouincia prafecti. Nam hic sub Ottone I. Imperatore, ipsi sepe rebellis, propter re-
 bellionem à Misacha Sclauorum regulo & Imperatoris amico circa ann. 967. fuit oc-
 cisus Schaffnab. sed est illius filius, VVitich. li. 3. Nā Bernard. Dux Saxonie, nepos ex ma-
 tertera Dithmari Episcopi * filius Hermāni mscr. Meinvr. c. 20. fuit proximus VVich-
 māni agnatus q̄a de iure tutor filij ipsius VVichmāni Dith. lib. 7. q̄ viuus adhuc sub Ot-
 tone III. a Balderico Comite inuitatus, cū instinctu secūda Herodiadis (Adela) à Appinato
 yeneno nō extingueretur, postera à conuiuio die abiturus clam & dolose detētis ipsius nō-
 nihil milibus, a quodā seruo in Baldrici cōspectu fuit occisus. Cadauere ipsius in Freihem
D ciuitate sepulto iuxta fratres Dith. li. 7. affines ipsi⁹ ex intercepta vrbe Vplan vicina igne
 loca vastarūt &c. Vide Dith. li. 7. qui refert historiā ad an. 1016. seu tēpora Hērici S. q̄a
 ab eo vrbs fuit obtenta; alias sub Ottone III. VVichmannus occubuit; q̄ & suadent cir-
 cumstantia, qua pluribus ante annis docent ipsum cecidisse. 1. quia affines rogati. 2. mili-
 tes scripsere. 3. Vplan diu obsedere, q̄ esset firma. 4. captam diu possidere. 5. cū Heribertus
 ab Imp. sapi⁹ perit. 6. itādē obtinuit. 7. demū desolata. Dith. li. 7. Et fama, qua accepit * NB.
 Dithmarus VVichmanni necem, non allata viderur ad aures Ottonis III. quod eum ve-
 sperri inelmantem natura scribit concessisse. Thidericus autem neci quando adfuisse fer-
 tur, necdum erat Episcopus Monasteriensis, cum ante ann. 1015. (quo ad 13 Kal. Dec.

occiso Suitero vel Siffrido Monast. Episc. successit Thidericus mscr. Meinvv. c. 24. Dithm. lib. 7. Bernardus Dux obierit, nim. anno 1010. 5. Id. Febr. mscr. Meinvv. c. 20. qui tamen ante V Wichmanni occisi filij tutor legitimus fuit designatus, Dithm lib. 7. vbi matertera sue famulum inuit his verbis, Thidricus matertera mea iuxta qui expectabat, questus &c. Fuit autem Thidericus Episcopus, quando scripsit Dithmarus.

Verum, vt ad institutum reuertamur, ex superioribus literis constat, S. Meinvercum nepotem esse Wichmanni, de quo iam ostendere oportet, eum fuisse Dominum de Pont & Gelre, vt draco iste verè à filio Dñi de Pont dicatur occisus. Nam de S. Meinwerco constat, ipsum fuisse Comitem Teisterbantij & Velauia tum ex mscr. ipsius vitæ c. 44. tū ex chronico Magno Belgij apud Pistorium, & arguunt id loca Vorthulen in Velauia, & in Teisterbantia Redinchem seu Reincum ab Ottonibus iam a- B
lata. Quod si dicas ab alijs Teisterbantij fuisse occupatum; aio à pluribus ea tempestate pagum Teisterbant fuisse possessum, vt testantur Otto III. in literis datis 3. Id. April. Anno Dominica Incarnationis 999. Indiēt. 1. Anno Regni sui 16. Imperij 3. in Romano Palatio felici manu. Et Henricus II. in diploma- te dato 3. Non Septemb. Anno Dominica Incarnationis 1002. [Ioann. à Leidis habet 1000. hist. Belgica, 1001.] Indiēt. 1. * Anno vero Regni I. Actum Visla [Elisa] qui præter Wirochum * nuncupant etiam Popponem Wergeri [Roegeri] filium pagi illius possessores.

V Mira. A
Leidis.
* al. II.
* al. Humro-
rus Virocus,
Virochus,
V Virochus,
V Viricus,
Himrongus.
* al. Arichō.

Deinde a pluribus possessum Teisterbantium, arguitur ex his earundem literarum verbis. Quicquid in eodem comitatu scilicet Wirochi: & villa Arclo * habet Poppo filius V Wergeri. Hæc enim duo Comitatus & Arclo cum jungantur per Copulam Et, cuius natura est cadere in æque principaliter & non tantum accessorie diuersa glo. in rub. de iur. & fact. ignor. & ibi Bart. Bal. Panor. in c. querelam de Simon ostendunt diuersa in pago Teisterbantio, qui iam in literis præmissus fuerat, esse Dominia. Quin ipse Eric baldus aliquam illius pagi partem occupauit. Aut enim in villa Tiel infra [id est intra ita dicitur infra octauam] comitatum Teisterbant. Ita etiam S. Meinverci patrens aliquam Teisterbantij partem possedit, vt iam vidimus. Sed vt institutum nostrum prosequamur. S. Meinwerco nominatur etiam Geld. D Comes. Ostendunt id versus parietem ad aram Ecclesiæ Paderbornensis maximam inscripti.

Quisquis in effigiem tua lumina dirigit istam,
Meinverci hic digni Prasulis esse scias,
Geldrorum Comitum qui clara stirpe creatus
Plurima pro Christo fecit amore pius.
Ille, quod exstruxit Præcessor, diruit adus
Summa & magnificè reedificauit opus.

CENO.

Cœnobium hoc Diuis Petro Pauloq, dicatum

Condidit Henrici Caesaris auxilio.

*A Sylua Pagog, * locum qui nomen adeptus*

**Bustorf.*

Ordinibus sacris, primus habere dedit.

Inclusis positis Paderbornam mœnibus urbem,

Et varijs auxit publica iura modis.

Clero alijsq, bonis gratus, gratissimus astris,

Hic cubat in medio dignus honore chori.

Hinc pater S. Meinvercum Geldrum esse. Quod autem ex auo materno VVichmanno Gelder sit, ostenditur ex eo, quia dono Imper. Ottonis aliquam saltem Geldriæ partem possedit, vt ostendunt Ottonis literæ & loca in ijs allata. *Middachte, Vorthusen, Redinghem, Oelberg, Rinderen, &c.* data VVichmanno, quæ ex Geographorū designatione iacent in terra Geldriensi. Proinde sine fundamento Meinvercus à P. Brovvero negatur esse Gelder. Nominat verò mscr. VVichmannum Zutphaniensem, quia possedit etiam aliqua comitatus Zutphanienfis loca, quorum Ottonis literæ meminerunt *Brummen, Steender, VVichmoet, &c.* Vide Geographorum tabulas, &c. Hinc non nego alios etiam fuisse Geldros, Imo poterit esse, vt VVichardus Gelder sit distinctus à VVichmanno Geldro & Zutphanienfi. Saltem Megingozus fuit distinctus. Fueritne autem VVichmanni consanguineus an ex affinibus, de quibus *Dithmar. lib. 7.* non definio. Sed vt vnde digressus eram, eò redeâ, illud ex prioribus concludo; S. Meinvercū ex auo inaterno Geldrum. Vnde congruenter colligitur, ipsum quoq; fuisse filium Dñi de Pont. Nam Geldriæ Dñi, etiam Dñi dicuntur de Pont, vt ostendit Epitaphium Henrici & Ottonis in monasterio veteris Campi excitatum & marmori incisum.

Incluta de Ponte stirps ... dictaq, Gelre,

De qua sunt orti Comites Henricus & Otto,

Tam gestu morum quam digno germine clari,

Relligiosos animo, hostes viciorum,

Qui nece prostrati hic pausant incinerati

Isti in tumulis, quos marmora candida claudunt,

Christi millenis C. sexaginta duobus

Henricus moritur, sed Otto filius eius

Annis millenis ducentis atque duobus

Consimili morte migransq, patrem comitatur.

Idem ipsius vici Pont (vbi olim Dominorum de Pont sedes fuit & arx) situs ostendit. Nam ex Geographorum tabulis ipse vicus haud procul Geldria, de qua nos, in Geldrorum iacet territorio, Cum igitur hæctenus

S. Mein-

S. Meinwercum Geldria comitem probauerimus, congruenter etiam eum ex dominorum de Pont prosapia ortum arguimus. Quod ipsum ostendit & comitatus *Mormiten* supra allatus, qui cognominé sibi vicum complectitur tribus circiter horis Geldrica munitione disunctum. Quare nemini dubium esse poterit, quin S. Meinwercus sit filius Domini de Pont, cum sit filius Domini Geldria. Dico autem filium, quia ut constat *ex l. liberorum & l. iusta. ff. de verb. signif.* Nepos etiam filij venit appellatione. Cū igitur S. Meinwercus nepos sit VVichmanni Comitis Geldria & de Pont, etiam filius eius poterit nūcupari.

Deinde ex dictis relinquatur S. Meinwercum Geldrum esse, & Dominum de Pont ex Wichmanno auo materno, de quo id ipsum iam supra ex Ottonis literis probauimus. Neque enim ex patre Gelder, sed Saxo erat, ut ex nomine Imado fœliciter conijcit R. P. Brover. & expressè asserunt VVitichind. *annal. lib. 1. Albert Stad. ad ann. 920. & 1104. Vbi ita ait; Regi (Henrico Aucupi) vxor & consors regni clara & nobilissima, nomine Mathilda, filia Theoderici, ex eadem Saxonum gente, cuius patres erant W idikind, Immed, & Reginbern. Reginbern autem ipse erat, qui pugnauit contra Danos, in multo tempore Saxoniam vastantes, vicitq; eos, liberans patriam ab illorum incursionibus vsque in presentem diem. [VVitichin. in hodiernum.] Et hi erant ex stirpe VVidikindi Magni Ducis, qui bellum potens gessit contra Carolum Magnum per annos ferme 30. Haftenus Albert. Idem probat & Sigebert. Nam Mathildem Henrici Aucupis vxorem, atq; Imadi senioris siue sorore, siue ex fratre filia, asserit Theoderici Saxonum Regis filiam. Quin etiam Imadum Saxonem esse, palam fit ex vita Meinwerci manuscr. apud P. Broverū, in illa enim author c. 32. tradit à S. Meinwercio Episcopo Paderbornensi Ecclesie ex bonis hæreditarijs in Saxonia donatam esse ciuitatem in comitatu seu loco Plesse sitam. Ita verò ait: *Episcopus autem ex bonis hæreditarijs in Saxonia positis urbem sitam in loco qui Plesse dicitur, cum vndecies centum mansis iam ante Ecclesia traditis ipso die recognoscendo & reiterando Ecclesia Dei assignauit, & confirmauit, &c.* Si igitur in Saxonia bona habuit hæreditaria, Saxo esse debuit. Deinde in eodem mscr. apud Broverum c. 32. fit mentio prædiorum in Saxonia hæreditario iure possessorum, quæ matri ad temporalis vita subsidia post mortem patris sui Episcopus concesserat, *Immelnhusen, VValmantheim, Hauerlan, Hukelhe, Mandalbike, Goldbiki, Dodonhusen, Hokinesleuo, VVakeresleuo,* quæ ostendunt parentem Saxonem in Saxonia fundos possedisse hæreditarios, qui certè matris non fuerunt, alias enim non opus fuisset à filio petere, ut ipsi illi fundi ad vitam relinquerentur. Quare fundi illi in Saxonia ipsius Sancti Meinwerci genitoris fuerunt.*

Deinde docent, ipsum Imadum ex VVidekindorum esse familia, nulli enim eo tempore viri illustres, è quibus erant & Brunvicenses & Luneburgenses, præter ipsos VVidikindos in diœcesi Hildesienfi, vbi etiamnum est *Immodshusen, seu Immshusen, cuius, mscr. Meinwerci meminit, aut prope Helmstadium*

stadium bona obtinebant,) ex hæreditate, vt testis est Lazius & Reusn. licet hic ipsos posterioribus temporibus ab Actijs & Guelfis Romanis deriuat, quos in stirpe Widikinden à Widikindis sibi contrarius tradit descendere. Reliqui verò illustres ex solius Imperatoris concessione ibidem bona adipiscebantur, quæ aliqui in suos posteros erant transmissuri. Nam vt Adamus Bremensis author est in historia Ecclesiastica c. 53. vel lib. 2. c. 4. & Albert. Stadenf. Imperator Otto primum vltra Visurgim constituit, Præfectum Hermannum, qui ortu quidem pauper; at locuples naturæ dotibus inter Cæsareos ministros primum fuerat allectus; deinde Imperatoris ipsius filijs præfectus, ampliores meruerat honorum gradus, donec ipsi Saxonica administrationis vices ab Imperatore Italiam ingrediente demandarentur, quibus præclarè functus Ecclesiæ Hamburgensis & Bremensis vtilitatem plurimum promouit. Incolis verò inter Visurgim & Rhenum habitantibus ab Imperatore Carolo præfectus est, Egbertus, qui cum ipso Imperatore ex Oriente aduenerat, vt constat ex vita ipsius coniugis Idæ Saxonicae apud Surium 4. Septemb. Et ne quis putet, particulam *in Saxonia*, in manus, irrepsisse, ipsa nomina locorum hic nuncupatorum, sufficienter ostendunt, iuxta Helmstadium ea iacuisse. Nam à Mercatore in Brunsvicensis Ducatus tabula haud procul Helmstadio ad Albim fluium in oriente collocantur: Gulibecke, & VVolmerstede, Hockmersleuen vel Ochmersleuen, & quotquot terminantur in leuen; quæ in Saxonia sola nec alibi inueniuntur. Reliqua loca num adhuc ibidem extent integra, haud satis exploratum habeo ex tabulis geographicis quæ plurima sæpe solent omittere. Neque ego cum Halberstadenfibus aut Brunsvicensibus agere potui, vt ab illis ea intelligerem. Cæteroqui vestigia quædam, ipsæ adhuc exhibent tabulæ; nam meminerunt ibidem Immeckaten, Dodendorff, VVattersleuen: Relinquitur igitur, ex bonis hæreditarijs Imadam natione Saxonem, ex VVidekindorum prosapia oriri. Hac eadem ratione ostendi posset Annonem II. Colonensem Archiepiscopum ex Saxonum esse familia, cum & bona iuxta Helmstadium possederit, vt ostendunt eiusdem quæ passim circumferuntur literæ quarum supra pag. 296. meminimus.

PAGINA 207. lit. D. Otto ex mente D. Miræi genuit ex posteriore coniuge Henricum Comitem Zurphaniæ, Henrici sine liberis defuncti parentem.

PAG. 208. lit. A. de Henrico & Arnolde Gerardi filijs vide D. Miræum in notitia Ecclesiarum Belgij pag. 269. & diploma Affligimense anno 1056. Eodem in libro pag. 389. & 390. dicitur Henricus Arnolde frater Comes Geldriæ anno 1149. genuisse Gerardum II. Comitem sine liberis defunctum, Ottonem Comitem, Theodoricum, Catharinam & Margaritam. Otto II. Comes Geidriæ & Zuphaniæ 1188. in Syria militavit ac genuit Henricum; qui cœlebs obiit, & reliquos, quos supra notavi. Ita D. Miræus. De Gerardo tertio nota illum etiam in Syria 1218. militasse.

PAGINA 209. lit. A. Soror Henrici ex episcopi Leodiensis fuit Richardis, vxor VVilhelmi IV. Iuliæ Comitis; eum enim disertè Hochst: Sororium Episcopi vocat.

PAGINA 209. lit. B. Margaretha Reinaldi I. vxor Flandrensis est, & filia Guidonis &c.

Heinsbergi. Ibidem ad lit. D. Mechtildis secunda vt ex antiquissimo D. Streithageni manuscripto habetur, nupta primo Godefrido Heinsbergi Domino qui mortuus est viuente adhuc patre sub an. 1342. secundo Ioanni Comiti Cliuensi, defuncto circa annum 1368. Tertio Ioanni Comiti Blefensi. Ex omnibus tribus nullam omninò sobolem suscepit.

PAGINA 210. lit. A. Guilielmus II, qui D. Streithageno est tertius Iuliæ Dux; talis enim absque controuersia vt sentit, fuit, vt & Reinoldus 4 est Iuliæ & quintus Geldriæ Dux.

PAGINA 214. Quia pagus allatus Honingen appellatur, conijcit D. Streithagenus; posse etiam significari pagum Hoeningen prope Aldenhouiam.

B. RICH- MODIS WAL- BER- GENSIS. PAGINA 222. lit. B. Menologium Cisterciense ad X. Calendas Nouembris. In monte sanctæ Vvalburgis depositio B. Richmondis Virginis, qua sub Cisterciensium cura & obedientia sanctissime vixit, & varijs reuelationibus illustrari promeruit, atque ipsum Regem Angelorum cum cœli ciuibus frequenter interorandum contemplata est, saepeq; ex sacra Hostia diuinos fulgores & diuinam claritatem totum monasterij templum illuminantem conspexit. Cumq; vigilijs, ieiunijs & obsecrationibus, indefesso spiritu vacaret, & mente excedens, cœli secretis interesset, in eodem cœnobio sanctissime perseuerans, plena bonorum operum migravit ad Christum.

B. CÆSARIVS. PAGINA 231. lit. A. menologium Cisterciense ad 25. Septemb. hæc habet; In Germania B. Cæsarius Prior Heisterbâcensis, vir pietate & doctrina celeberrimus, qui sanctorum Patrum gesta pia sollicitudine colligens & posteritati commen-

A commendans, eorum etiam ipse vestigijs inherens, varijs virtutibus & miraculis claruit, & cum magna sanctitatis opinione felicem agonem in ordine consummauit.

PAGINA 237. lit. D. iuxta Basilicam S. Seuerini, in Erasmano Sacello B. Teddonis epitaphium, vncialibus litetis exaratum, dum restitue-
re exesum fera posteritas conatur, minus feliciter affecuta immo cor-
rupisse videtur, ita enim hodie legitur.

In hac tumba requiescit B. memoria R. P. D. THEODORICVS * Cameracensis
Episcopus, & S. Seuerini Canonicus, DCCCLXX. 4. Septemb. diem clausit extre-
mum, qui in vita claruit miraculis.

B. TED-
DO EX
MAIO-
RIBVS
SAXO-
NICIS
CANO-
NICVS.
* Teddo.

B PAGINA 242. Aduocatos Colonienses Comites dixi nouæ aquilæ
idem pagina 306. asserui, necdum tamen omninò exploratum habeo
an qui aliquot sæculis aduocatiæ Coloniensem quondam posside-
runt, iidem sint, qui olim Eppendorffij Comites dicebantur, an verò
Nevvenarij Eppendorffij successerint, sed spero me breui ex archiuis
stemma Aduocatorum Coloniensium plene eruturum.

PAGINA 242. lit. B. menologium Cisterciense ad diem 13. Februa-
rij ita recitat, Adelheidis pœnitens, quæ post inhonestam vitam, quam in sæculo
duxerat, ad Christum conuersa, rigidissimam & verè pœnitentem instituit in
C Lancvade Cisterciensium * virginum monasterio, & gloriosissimas de communi
hoste, qui eam horrendis apparitionibus à pio proposito reuocare nitentur, obtinuit
victorias.

B. ADEL-
HEIDIS
POENI-
TENS.
* Præmon-

PAGINA 246. lit. D. Natales SS. Ordinis Præmonstratensis. In cœ-
nobio VVedinghausano iuxta Arensbergam natalis B. Richardi Anglici Canonici
Ordinis Præmonstratensis: cuius defuncti dextera, quam conscribendis varijs volu-
minibus egregiè occuparat, vigesimo post obitum anno integerrima prorsus reperta
fuit: & inter sacras Sanctorum reliquias honorifice adseruata.

stratenfiâ.
B. RICH-
ARDVS
ANGLI-
CVS.

PAGINA 247. Familiam Arnsbergensem prout à Fiderico Seniore
& Bauara orditur, ex archiuis produxi, quæ autem præmisi de Gun-
Dthero, Ottone, & Godefrido Arnsbergenfib. ea descripta ex manuscri-
pta Genealogia, quam celebris in VVestphalia Iurisconsultus mihi
subministravit. Adiungo Conradum Episcopum, cui certam in genea-
logia sedem assignare nequeo, ipsius Epitaphium ab vno latere aquilam
Arnsbergensem, & ab altero infranem VVestphalicum equi pul-
lum repræsentat cum hac Epigraphe; Anno Domini Millesimo, quadringen-
tesimo, tricesimo, pie vltima mensis Iulij, obiit quondam Reuerendus Pater, & Do-
minus, D. Conradus de Arnsberg, Dei Gratia Episcopus Venecompenfis, ordinis apud PP.
Carmel, Domini Theodorici de Morfa, eadem gratia, Sanctæ Coloniensis Eccle-
Carmelitas.

ſia Archiepiſcopi in Pontificalibus Vicarius Generalis, hic ſepultus, cuius anima, per
piſſimam miſericordiam Dei, requieſcat in ſanctapace. Amen. A

PAGINA 255. Bene ſenſit D. Strithagenus de Collegij VVaſſenber-
genſis circa ann. 1118. fundacione. Nam aliqui ſaltem fratres ſub ann.
1118. à Gerardo primo fuerunt inſtituti & dotati, vt ex ſequentibus pa-
teſcet literis, quibus quædam alia ad patriæ notitiam annecto.

FVNDATIO COLLEGIATÆ ECCLESIÆ
Waſſenbergſis.

Ex Archi-
uo Eccle-
ſiæ in
VWaſſen-
bergh.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Notum ſit Vniuerſalitati fidelium ſanctæ
matris Eccleſiæ filiorū qualiter ego Comes Gerardus Eccleſiam in honore S. Dei Ge- B
nitricis Mariæ & S. Georgij martyris à Dn. & Ven. Leodien. Epif. Otherto dedicatam
pro anima mea & Patris mei aliorumque prædeceſſorū meorū remedio in meo allodio
VWaſſenberg conſtruxerim, & de meis prædijs Deo annuente dotare & ditare diſpo-
ſuerim. Obtinui autem precibus meis & meo ſeruitio ab ipſo Domino Epif. & Archi-
diacono & Decano ipſam Eccleſiā liberam reddi ab omni obſonio, ſinodali tamen ju-
re ſibi retento. Contuli igitur in præſens ipſi Eccleſiæ ad præbendam Fratrum ibidem Deo
famulantium quicquid allodij habueram in Munemunte cum omnibus redditibus,
exceptis meis mineralibus cum ſuis beneficijs contradidi quoque ei dimidiam par- C
tem Eccleſiæ in Birgele & dimidiam partem Eccleſiæ ſteinkirchen, & Eccleſiā de Hu-
mersheim cum omni iure, & octauam partem Eccleſiæ VVeirte, & curtem, Eilencho-
uem, & Eccleſiam Hauert, & in Bride quinq; ſolidos Traichten. moneta & miniſte-
rialem vnum cum beneficio ſuo, & decimationem in Rothuſen & allodium in Gran-
tenrotte, & in Louenich partem allodij, & in Erckelenze aream Vnam, & in Gol-
lekerothe quoddam allodium, & in Breidele partem allodij & Eccleſiam in VVilde-
rorthe. Quidam vero noſtri miniſteriales omni affectu meum adiuuantes deſiderium,
& animabus ſuis in futuro prouidentes remedium, ipſi Eccleſiæ partem ſuæ contule-
runt ſubſtantiæ. Sigebodo videlicet qui ſtrabo agnominabatur allodium in Vollete,
vxore ſua ſuperſtite fructuarium uſum inde percipiente, & quinq; ſolidos per annos
ſingulos ſolvente contulit. Quidam autem liber homo Ezzo nomine partem allodij D
ſui ipſi præſato allodio interiacentem. Et ſingulis annis triginta denarios Colon. ſol-
uentem donauit. Ipſius vero Eccleſiæ prædiorum tam in præſens collatorum, quam in
futuro conferendorum Aduocaturam, mihi & ei quiſquis hæres fuerit Caſtelli & al-
lodij in VWaſſenberg retinui. Nihil prorsus de eadem Aduocatura præter orationes
fratrum exigens ſeruitij. Super hac ergo contradicione & diſpoſitione, quia humana con-
ditionis fragilitas, & de die in diem, pro dolor, ad peccandum promior poſteritas in
humanis actibus nihil ſatis ratum eſſe patitur, chartam hunc conſcribi poſtulau,
quam

A quam Domini & Venerabilis Leodiens. Episcopi Otberti sigilli impressione astipulari, & libertatem Ecclesia ab eo concessam, & dispositionem meam eius banno confirmari obtinui, quatenus & ipsius chartæ Veridica attestacione, & pontificalis banni districcione conuincatur, & reprimatur, si quis inimo quisquis sue remissioni & mea dispositioni obuiare moliat. Huius præscriptæ concessioni & dispositioni testes interfuerunt idonei, quorum nomina subscripta habentur. Dominus Fridericus Præpositus S. Lamberti, Henricus Decanus, Andreas Archidiaconus, Alexander Archidiaconus, Almannus Archidiaconus, Steppo Archidiaconus, Arnulphus presbyter, Stephanus Emmo, Ioannes, Liezelinus Præpositus sanctæ Crucis, Nicolaus Præpositus S. Dionysi, VVido Canonicus. Liberi homines Engelbertus de Bugenheim, Meinardus de Stalburg, Gerardus de Berge, Gosvvinus de Sustris, Heribertus filius Heriberti de Molin. Acta sunt hac Anno Dominica Incarnationis millesimo centesimo, octauo decimo, Indictione vndecima, imperante Henrico Imperatore quinto, pridie Kalendas octobris.

Extant in eodem Archiuo VVassenbergens. Literæ quibus E. Domina de Sprimunt quondam Comitissa Cliuensis, donauit Ecclesia in VVassenberg, quatuor maldra tritici apud linne ex agro qui dicitur Vebuschvvert loco vnius marca Colon. quam eidem Ecclesia pro remedio anime Mariti sui Domini Gerhardi bonæ memoriæ de VVassenberg, dare promiserat, signatæ sunt apud Linne, ann. 1254. mense Septembri. In sigillo magno rotundo est Equus, cui Domicella insidet sinistra auem gerens. EPIGRAPHE, vt potuit colligi, SIGILLVM ELIZABETH COMITISSAE CLEVENSI.

DOCUMENTVM DONATIONIS

34. Iurnalium, in Vrsbeck à VValramo Duce Limburgen. pro Ecclesia VVassenbergen.

Walramus Dux de Limburg omnibus præsens scriptum inspecturis. Sicut tempus labile labendo defluit: sic cum fuga temporis temporales defluunt actiones, nisi vigorem recipiunt à testimonio literarum. Ideoq; sapientum discretio gesta sua solet scripturarum munimine roborare. Cognoscat igitur omnis ætas tam præsens quam postera, quod nos allodium triginta quatuor Iurnalium terra arabilis in decima de Vrsbeck iacentium, necnon & duarum arearum, vna scilicet in Vrsbeck, & alia in VVassenberg. Quæ bona Henricus Clericus filius Syberti de Hugenrode à castro nostro de VVassenberg in feudo tenuit Ecclesia beati Georgij in VVassenberg contulimus in perpetuum possidendum. Et ipsi omnesq; dictorum bonorum possessores ab hominio Castri de VVassenberg absolimus. Præterea prædictorum bonorum possessoribus & eorum successoribus, eandem per omnia libertatem concessimus, quam si sæpèdicta bona de prædicto Castro nostro de VVassenberg adhuc in feudo tenerentur, essent

1262

essent habituri. In cuius facti robur & testimonium presentes literas super hoc factas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum & datum apud Vassenberg anno Domini M. CC. LX. secundo. Mense Nouembri. Testes etiam interfuerunt presentes, & ad hoc vocati Dominus V Vilhelmus de Halla dictus Scillingus. D. Theodoricus de Brakelen, quorum etiam sigilla sunt apposta. G. miles de Kerreke dapifer Vassenbergen. Sybertus miles de Huchlouen, & frater suus Henricus miles, Henricus miles dn Palude, Theodoricus dictus Ruschuttel, & alij quam plures.

In sigillo est Dux paludatus equo insidens, A tergo Leo Limburgicus, Epigraphe, EGO WALRAMVS DVX DE LEMBOGH.

Alterum sigillum habet in medio trabem, cum 4. Crucibus de- cussatis, supra trabem tres auiculæ, Epigraphe. Sigillum V Vilhelmi Scilling. Tertium sigillum aberat.

Similis tenoris & dati documentum extat sub nomine Henrici Comitis de Kessele.

Sigillum. Comes insidens equo sinistra gerens Aquilam, sub equo currit canis, Epigraphe. S. HENRICI... COMITIS DE KESSELE.

1269



Anno 1269. mense Augusto Rabodo de Vdenkirchen miles consanguineus Gerhardi dicti de Deile, vna cum V Vilhelmo de Halla dicti Scilling, sigillauit Donationem quandam sex solidorum moneta Coloniensis ex Curte Kerbusch Vassenbergensi Ecclesia annuatim ipso die S. Lamberti cedentium & soluendorum per ipsum Gerhardum factam. Eisdem literis disponitur vt predium istud post mortem Gerhardi Capitulo fiat Churmedale, & melior equus cum duodecim denarijs soluat.

Sigillum Rabodonis

Epigraphe: S. RABODONIS MILITIS D'ODENKIRCHEN.

Ibidem, in literis Archiepiscopi Sifridi Ecclesie in Vassenberg, Leod. inquit Sifridus, Dioc. nostræ Prouinciæ auctoritate Metrop. datis super

A super Elinchouen & Wlte, necnon de Parochijs in VVassenberg & Hauert, & Scholastico ac custode, id est, Thesaurario non nisi ab ipsis Canonicis instituendo sublato quolibet Præpositi ipsorum in posterum impedimento sigillatis 1289. 3. Id. Septemb. nominatur Venerabilis Vir Henricus de Dicka loci puta in VVassenberg Archidiaconus, & Dominus Ioannes filius Illustris Comitis Flandrensis Dei gratia Episcopus Leodiensis. *Sigillum consuetum Sifridi.*

PAGINA 259. Archiepiscopus Coloniensis dicitur à manuscripto Ciuitati vim intulisse; Quæ vtrum iustè an iniustè fuerit illata, non ego disquirò. Nec enim ego sum aduocatus aut iudex, qui vtriusque partis merita aut proponam aut dirimam. Et plane manuscr. qui suam liberè prompserat sententiam, hic errare posse existimo, cum neutrius partis momenta aut rationes viderit, nedum exanimauerit. Quæ licet ego perspexissem, aut etiamnum perspicerem, haud tamen iudicare luberet; ne militans Deo me negotijs sæcularibus videar implicare.

PAGINA 281. De B. Hermanno Coloniensi in Natal. ss. Ci. B. HER-
steciens. ista recitantur. Pridie nonas Aprilis. In Eisslia cœnobio Steinsfeldensi MAN-
natis B. Ioseph Præbyteri & Canonici Ordinis Promonstratensis; Qui post NVS CA-
præclara meritorum insignia post annos quam plurimos summa vita innocentia NONI-
C transactos, post creberrimas sibi factas diuinitus reuelationes post continua- CVS.
tam ab ipsa infantia cum Regina cœlorum castissimam familiaritatem post conserua-
tam virginitatem animi corporisq; virginitatem febri correptus lethali, eaq; ad ex-
trema perductus in manus sui Iesu spiritum eximia animi pietate commendans ere-
cto corde & vultu ad æterna tabernacula feliciter emigravit. Cuius sanctissimo in-
teruentu, varij ad vitam mortui sunt reuocati, cæci illuminati, surdi sanati
phrenetici & hydropici curati, demones effugati & plurima
alia patrata miracula.

D



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

